

# *I. Diplome*

## I.1.

*Beč, 11. lipnja 1661.*

*Prijepis diplome kojom car Leopold I. potvrđuje prije podijeljene povlastice Družbe Isusove u Rijeci. Diploma među ostalim sadržava transumpte povlastica kojima Ferdinand II. potvrđuje osnutak isusovačkoga kolegija u Rijeci, i novi statut Kastva, kao i kasnije potvrde tih povlastica.*

**HR-HDA-663. Isusovački samostan Rijeka. Kutija 65.**

### **Privilegia Collegii Societatis Iesu Flumine**

Nos Leopoldvs, divina favente clementia, electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Sclavoniæ etc. rex, archidux Austriae, dux Burgundiæ, Brabantæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lucemburgi, et Witenbergæ, Superioris et Inferioris Silesiæ princeps Suenia, marchis Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ, Superioris et Inferioris Lusatia etc.: Comes Haßburgi, Tyrolis, Ferreti, Kyburgi et Goritiæ, Landgravius Alsatia [dominus] Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis et [Salinarum]

Recogniscimus, et ad perpetuam rei memoriam [notum] facimus tenore præsentium litterarum quibus expedit universis. Cum nos Dei omnipotentis nutu et providentia ad Supremum hoc imperatoriæ dignitatis culmen promoti simus, et ratio omnino nos moneat, ut regnum et provinciarum nostrarum hæreditiarum, ac universorum in eis fidelium subditorum singularem curam habeamus, et eorum, potissimum verò religiosorum et Deo dicitorum iura, privilegia libertates et immunitates, quantum in nobis est, tueamur et conservemus. Et nunc pro parte Collegii Almæ Societatis Iesu ad S. Vitum Fluminis per religiosum devotum nobis dilectum Franciscum Antonelli, eiusdem Societatis pro tempore rectorem ibidem, in forma probante, exhibita fuerint dicti Collegi, donationis et fundationis, nec non statuti et vrbari capitaneus Castuæ priuilegia et litteræ, quas augustæ piissimæ que memoriæ, quondam Ferdinandus Secundus Romanorum imperator anus noster colendissimus, sub decima die mensis aprilis anno millesimo sexcentesimo trigesimo quinto, primo clementissime concessit et indulxit: deinde verò genitor noster quoque colmissimus Ferdinandus Tertius prima aprilis anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo, confirmavit et approbavit, et in hunc sequuntur tenorem:

Nos Ferdinandvs Tertivs, diuina fauente clementia, electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniæ, Vngariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ etc. rex, archidux Austriæ, dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, marchio Moraviæ, dux Lucemburgi, ac Superioris et Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ et Tekæ, princeps Sueniæ, comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi Goritiæ etc. Landgrauius Alsatiæ, marchio Sa[cri] [Ro]mani Imperii, Burgouiæ, ac Superioris et Inferioris L[usatia], dominus marchiæ Sclauoniæ, Portus Naonis, Salinarum.

Ad perpetuam rei memoriam notum facimus, et memoriæ commendamus harum serie litterarum, quibus expedit vniversis. Cum supremi muneris a Deo optimo maximo nobis crediti ratio sedulo nos moneat, ut religiosis ac Deo dicates personis clementer faueamus, et ipsorum iura, libertates, et priuilegia, quantum in nobis est, conseruare studeamus, et nobis pro parte Almae Societatis Iesu Collegii Fluminensis Sancti Viti exhibita fuerint coram, donationis, fundationis eiusdem Collegi, tum statuti et vrbari capitaneatus Castue privilegia et litteræ, ab augustæ memoriæ domino Ferdinando Secundo Romanorum imperatore, domino ac genitore nostro charissimo, concessa et indulta sub eo uidelicet, qui de uerbo ad uerbum sequitur, tenorem:

Ferdinandvs Secvndvs, diuina fauente clementia, electus Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniæ, Vngariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ etc. rex, archidux Austriæ, dux Burgundiæ, Brabantæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, marchio Moraviæ, dux Lucemburgi, ac Superioris et Inferioris Silesiæ, Wirtembergæ et Teckæ, princeps Sueviæ, comes Habsburgi, Tyrolis, Ferreti, Kyburgi et Goritiæ, Landgrauius Alsatiæ, marchio Sacri Romani Imperii, Burgouiæ, ac Superioris et Inferioris Lusatia, dominus Marchiæ Sclavoniæ, Portus Naonis et Salinarum.

Ad perpetuam rei memoriam, pro nobis, hæredibus et successoribus nostris, recognoscimus, declaramus, et tenore præsentium notum volumus. Quod cum diuina bonitas et prouidentia nos inter tot fidei Catholicæ, et augustæ domus nostræ Austriæ aduersa et infesta undequaque conspirantium arma, et bellorum tumultus, tot nihilominus regnis et imperio auctos seruaret incolumes, et uictoriis diuinitus cumularet: nihil prius, antiquiusque duxerimus connitendum, quam ut donis grati cælestibus, in eiusdem, cui tanta cura est de nobis Dei optimi maximi maiorem gloriam, et cultum propagandum, non minus belli, quam pacis temporibus, totam curam impenderemus, et nostris pridem cæptis insistentes, eiusdem divini numinis intuitu, ad populi nostri salutem, totiusque Ecclesiæ Catholicæ incolumentatem, expulsis hæresum disseminatoribus, erroribusque omnibus profligatis, auitam religionem et pietatem, quantum in nobis est, reuocaremus et conseruaremus.

Quam ad rem, cum singulare nobis auxilium per patres [§.1] Societatis Iesu, eorumque pro Dei gloria et animarum salute indefessos labores adferri posse, tum exter-

na, tum [Laudatur Societatis Industria et labores quæ exhibet erga proximum] domestica experientia edocti confideremus: Serenissimi Caroli archiducis pientissimæ recordationis, parentis nostri charissimi cæpta prosecuti, venerandæ Societatis Iesu institutum in omnibus approbantes, admittentes, et confirmantes, iisdem patribus, in singulis nostris hæreditariis provinciis, Collegia, domosque fundauimus. Quorum iam dictis laudatissimis laboribus, et doctrina, sanctaque conuersatione, actum iuuentutis tum populi instructione, agendique cum hæreticis dexteritate, brevi maximo nostro gaudio, uidimus hæresim attritam et profligatam, reuocatam in populo antiquam pietatem, et Christianos mores, inductam diuina sacramenta obeuntium frequentiam, coenobia religiosorum, in multis collapsa, concurrente ex ipsorum Gimnasiis bene instituta, et erudita iuuentute refloruisse, et tam ecclesiis poene destitutis de optimis et doctissimis pastoribus et curatoribus animarum, quam curiis et tribunalibus nostris, de virorum doctorum, et sapientum copia affatim esse prospectum.

Ut autem hoc bonum latius propagaretur, eoque ubi maxima [Societatis induc[t]io Flumen cum populi desiderio] instituendæ iuuentutis, populi, atque cleri uigeret [§.2.] necessitas. Visum est nobis eosdem Societatis Iesu patres, ad maris littora, in ciuitatem nostram Fluminis Sancti Viti inducere, quo Liburniæ, Istriæ, Dalmatiæ que tali subsidio, et bono prouisum esset, prout defacto eos anno millesimo sex[cent]esimo uigesimo septimo nostra authoritate, et ex eu[sd]em civitatis desiderio ac postulatione, magna populi congratulatione induximus, ipsisque opportuna Collegio inchoando auxilia contulimus. Quæ accedente deinde illustri [§.3] [Confirmatur a Cæsare fundatio Illustrissimæ Fundatricis] et magnifica, deuota nobis dilecta Vrsula Comite de Thonhausen, nata libera baronissa de Hollnegg uidua, nobis annuentibus et collaudantibus in solidam fundationem deducta sunt. Quam fundationem universam, et perpetuis futuris temporibus, ad maiorem Dei gloriam, constans, et imperturbata uigent, nostra Cæsarea et archiducali auctoritate confirmare decreuimus, prout etiam defacto hisce parentibus litteris confirmamus.

Cum igitur patrum habitationi in ciuitate Fluminis sedes necessaria imprimis esset, opus fuit iis opportuno [§.4] [Pro situ Collegii datur facultas pro domibus coemendis. Et in specia ecclesiola et hortulus trium regum] ipsorum exercitiis loco, aliquas domos et fundum ad situm templi, scholarum et Collegii coemere; cui situi cum annexa esset una cum exiguo hortulo, ecclesiola seu sacellum trium regum, quod religiosus deuotus nobis dilectus F. Ioannes de Fredi Minorum Conventualium sancti Francisci commissarius generalis, cum iure patronatus acquisuerat, a fideli nobis dilecto Francisco Chnessich nostro consiliario, et Tersati capitaneo, actum est cum eodem F. Ioanne, interueniente nobili fideli nobis dilecto Stephano de Ruuere libero barone, nostro consiliario, camerario, et Fluminis capitaneo, atque in hac causa nostro commissario, uidati sub die quarta augusti anno millesimo sexcentesimo vigesimo nono (attento in patribus

Societatis communi bono, et quod dictus F. Fredi, ea conditione expressa a nobis in eam civitatem admissus esset ad hospitium suo ordini fundandum, ne quipiam patribus Societatis Iesu, prius illuc a nobis destinatis, præindicaretur) ut illud sacellum cum hortulo Societati cederet. Quod ille uice eius sacelli, per præfatum nostrum commissarium in possessionem ecclesiæ Sancti Michaelis, in eadem ciuitate nostra authoritate translatus libenter præsttit, sic tamen, ut patribus Societatis solum sacellum cum hortulo persoluto huius pretio, et illius melioramentis cederet, non autem ius patronus, nec cæteros redditus eiusdem sacelli, cum quibus etiam sibi obligationes omnes, et [quæ]cunque onera annexa sacello, iuri patronatus, et quibuscunque redditibus illius reseruauit, ac in se et ordinem suum recepit. Qua de re præsente nostro commissario, inter honorabilem deuotum nobis dilectum pater Georgium Forro Societatis prouincialem, et ipsum F. Ioannem de Fredi commissarium nomine suæ religionis, intercessit solemnis transactio et instrumentum, sub die septima decembris anno millesimo sexcentesimo uigesimo nono. Quod deinde religiosus deuotus nobis dilectus F. Ioannes Baptista de Ferraria commissarius generalis Minorum Conventualium præcedentis successor per omnia approbavit et ratificauit, sibique, et suo ordini a Societate plene satifactum esse testatus, et solemnii instrumento sub die octaua nouembris anno millesimo sexcentesimo trigesimo primo. Quam transactionem et instrumenta nos harum tenore, ac si de uerbo ad uerbum hic insererentur, quod prædicta approbantes, laudantes, et confirmantes, omnesque defectus, si qui in ipsis, et ipsorum executione intercessissent, attento communi bono, absoluta authoritate et potestate nostra supplentes. Volumus et decernimus, [§.5.] ut neque præfati fratres conventuales, neque Franciscus Chnesich eiusque hæredes, neque denique quicunque alias, super prædicti [Futuris temporibus nemo quidquam prætendere potest ratione sacelli trium regum.] sacelli et hortuli possessione, omni onere soluta et libera, illis temporibus patres Societatis, quo-cunque prætexta molestare aut quomodolibet requirere audeant et præsumant.

Deinde cum idem Templi, scholarum et Collegii situs, [Turis Socol, et muri extimi Barbacani concedentur Collegio ut possimus fabricare super eos.] adiaceat muro interiori ciuitatis, eiusque pomerio, uulgo [§.6.] Barbacano, intra extimum murum ciuitatis contento, comprehensa portula in Barbakanum, et turri veteri Socol dicta, multo tempore a ciuitatis excubiis deserta et derelicta, eiusdemque ciuitatis magistratus et consilium, petitioni patrum annuens, sub die duodecima nouembris, anno millesimo sexcentesimo trigesimo primo, sese declarauerit, quantum ad ipsum, et ius ciuitatis attinet, si noster accederet consensus, cedere patribus, non solum, ut possint fabricæ suæ adiungere et incorporare eadem turrim, murosque ciuitatis (quod alias illic per totam circum ciuitatem. Ciuium domibus commune est.) uerum etiam ne amplius modo, et futuris temporibus (pro maiori scilicet religiosæ illic patrum quietis assecratione) in ea turri excubia ordinariæ haberentur. Nos huic magistratus, et consili oblati-

oni, nec non patrum petitioni benigne annuentes, consentimus, imo absolute uolumus, et ultro decernimus, [conceditur porta in Barbacano ad hortum] non solum patres posse sua fabricæ præfatos muros ac [§.7.] turrim incorporare, usibusque suis, prout commodum fuerit, adaptare, sed etiam Barbacano, cum priuata ad illum hortulum in ea situm portula sub clausura Collegi, perpetuo ac libere uti, hortulumque, in eo colere, claudere, et possidere.

[In turri Socol excubiaæ quo quiete Collegii demuntur] Excubias uero, sine vigiliis tam ciuitati, quam capitaneo [§.8.] nostro, in præfata turri Socol (nisi ciuitati cestum bellum imminens aliud suaderet, quo casu omnia publico bono servire debeat) perpetuo interdicimus, ut nullus illic nocturnam diurnamque patrum quietem interturbare præsumat, adeo, ut tam turrim cum muris, et Barbacano districtu Collegi, sub sola eius clae, et clausura comprehendendi uelimus.

Ad auxilium uero fabricæ eiusdem templi, scholarum et Collegii nos sub die quinta ianuari anno millesimo [§.9.] sexcentesimo trigesimo, Viennæ, ac deinde Græci sub die uigesima secunda iuni eiudem anni iisdem patribus Societatis, ex datio nostro lignorum, ibidem de tempore [Ligna ex dacio pro fabrica conceduntur] in tempus subministrari mandauimus (prout hactenus aliis illic religiosis ordinibus pro eorum fabricis fecimus) omnis generis lignamina ad absolutam fabricam necessaria. Hoc ipsum tenore præsentium, non solum denuo concedimus, explicamus et confirmamus, sed etiam Cameræ nostræ Interioris Austriae, nec non syluarum in foro iulii præfectis, cæterisque officialibus, et specialiter etiam nostris teloni seu dati lignorum Flumine exactoribus, præcipimus et mandamus, eosque hortamur, ut hanc nostram seriam uoluntatem, pro tam pio, et adeo, intuitu communis regionum illarum boni, utili opere, diligenter, serio ac sincere exequantur, ad nitanturque consideratis daci uiribus, et fabricæ necessitate, ita mature prospicere, et cum patribus conuenire, ut de tempore in tempus ex ipso daci loco, gratis ex nostra munificentia, ipsis tam trabes fabricæ opportuæ, quam asseres subministrentur. Neque ullus imposterum audeat hanc nostram piam et seriam voluntatem, quomodolibet aliter interpretari, non obstantibus in contrarium quibuscumque, quocunque tempore.

Iam vero supradictum Collegii, templi, scholarum, [§.10.] atque etiam subiecti Collegio studentium seminari, siue conuictus districtum, ac fundum totum, domosque et ædificia [Domus Collegii et seminari, item suburbani horti ab omnibus steuris liberantur, ac etiam vineæ] in eo contenta, comprehensis hortulis domesticis, et hortis seu vineis, uillisque suburbanis, ipsorum usui et recreationi destinatis, nostro, atque hæredum, successorumque nostrorum nomine in perpetuum authoritate nostra summa liberamus, atque eximimus ab omnibus omnino seruitutibus, steuris, præstationibus, tributis, exactionibus, aliisue quibusuis obligationibus et grauaminibus, ac ipsum

Collegium totum, et seminarium siue conuictum, cum omnibus ad ea pertinentibus, libera statuimus et decernimus.

Et ut Deo famulantes, ac studentes ibidem possint [§.11] studiosius ministeriis suis, nec non studiis et officiis uacare [Famuli nostri a iurisdictione aliena exiuntur.] diuinis, sub nostram protectionem loca prædicta recipimus cum personis et aliis ad ea spectantibus, comprehensis eorum seruitoribus, et res procurantibus, et bona administrantibus, tam intus quam extra habitantibus, nec ulli, sive Magistratui Fluminis in specie, siue cuicunque alteri, cuiuscunque sit præminentia, et authoritatis, ullum ius in loca prædicta et personas reliquimus. Imo volumus omnino, ut eadem loca et personæ Societatis ea immunitate gaudeant et libertate, qua omnes aliae domus religiosæ in canonum sacrorum, et iuris ciuilis constitutionum gaudent, ita ut hanc libertatem violantes in easdem plane poenas incident, in quas inciderent, si tale quid piam in aliqua alia domo religiosa, et priuilegiata commisissent.

Ad corporalem uero patrum sustentationem quod [§.12] attinet. Nos, cum eos mittere in eam ciuitatem destinassemus, [decimæ Fluminenses donatur Collegio] anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, decimas nostras ciuitatis, et territorii Fluminis, prius per nostros et antecessorum nostrorum exactores, tum per alias, quibus subinde ad tempus, in usumfructum, elocationem, aut pignus dabantur, uelut ultimo per supradictum Stephanum de Ruuere liberum baronem administratas, iisdem patribus Societatis Iesu ex motu proprio, ad fundationem illius Collegii gratiose contulimus, et super hoc, donationis nostræ litteras sub die decima marti hoc anno millesimo sexcentesimo trigesimo <primo>tertio confectas cum sigilli nostri appensione, et manus propriæ subscriptione iisdem tradidimus.

Quibus litteris, et modo explicatius harum tenore et vigore, notum facimus et declaramus, animo deliberato et [§.13.] [decimæ uini, frumenti et agnorum donantur Collegio cum omnibus iuribus, consuetudinibus etc.] matura consideratione prædictis patribus Societatis Iesu, a nobis donatas esse, ipsosque in huius donationis nostræ, defacto legitime possidere ciuitatis et territorii Fluminis Sancti Viti, decimas vini, frumenti, agnorum cum omnibus illis iuribus et consuetudinibus, exemptionibus, priuilegiis, libertatibus, prærogatiis, præminentia, dominatus, ac vrbari iuribus, illudque conficiendi, et ordinandi potestate et authoritate, ac quibuscumque competentibus iuri, et consuetudini in decimali illarum circumpartium, uelut in contiguo capitaneatu Castuæ, et comitatatu Pisini, in summa cum omnibus illis, quæ de iure et æquitate et consuetudine eo spectant, vel spectasse cognoscantur, aut cognosci unquam poterunt, quæ que nos et antecessores nostri in illis habuerunt, uel habuisse cognoscerentur, nullo penitus excepto, ut pote quos ratione earum decimarum loco nostro ponimus, et in ius nostrum plene substituimus. Volentes et decernentes, ut supradicto modo, dictum

Collegium et patres Societatis, ea omnia libere, et pleno iure, tanquam ueri et legitimi Domini, perpetuis futuris temporibus possideant, et de iis, tanquam de propriis bonis disponere possint, iisque utantur, fruantur et gaudeant, absque ulla nostra, nostrorum hæredum, posterorum, et cuiuscunque ratione nostri, interpositione, interturbatione ac impedimento.

Porro sequentia circa præfatas decimas, ex antiqua [§.14.] et authentica Ferdinandi primi felicis recordationis aui nostri charissimi instructione et mandato, ad earum decimarum [Cæsar Fluminenses decimas uini, frumenti, et agnorum quas contra quosdam ciues Fluminenses, sacerdotes ac confraternitates Ferdinandus primus lite obtinuit, donat Collegio.] exactores extracta, in specie hic inserimus, eaque huic Societatis Iesu Collegio accommodata, in sequentem modum observari præcipimus, decernimus, declaramus. Videlicet.

Quandoquidem oportuit Regiam Maiestatem (scilicet præfatum auum nostrum Ferdinandum primum) litem agere cum aliquibus ciuibus, sacerdotibus et fraternitatibus Fluminis, qui aliquot annis nolebant pendere decimas, et Sua Maiestas lite euicit, ita ut imposterum Flumine nemo manserit liber a decimis (exceptis tunc temporis [Nullus omnino excipitur a decimis dandis] Raunocheris, Zechneris, et Oberburgeris, ratione vinearum, quas hæreditauerant a suis maioribus, quod ipsum etiam illis illic exspirantibus, iam dudum exspiravit, ita ut defacto nullæ tales vineæ liberæ agnoscantur.) Ideo decernimus, et declaramus, ac uolumus iam ab omnibus omnino in ciuitate, et territorio Fluminis, decimas exigi, nec debere haberi ullius respectum.

Nulli liceat quid piam de quacunque decima dare [§.15.] sacerdotibus, seu clericis Capituli Fluminis, aut fratribus [sub poena decem librarum nemo audet clerici et monachi dare decimas, sed immediate Collegio] Sancti Augustini, aut cuicunque præterquam ad manus Collegii Societatis Iesu ibidem, sub poena librarum decem pecuniæ, toties quoties, sicut quondam nostræ Cameræ, ita nunc [poena etiam castigationis in corpore transgressoribus infligenda.] pendendarum Collegio, et præterea poena castigationis in corpore per nostrum loci capetaneum.

[Sub eadem poena, ac insuper soluendi duplum nemo audet uendere uinum ante persolutam decimam uel loco decimæ uini debent dari pecuniæ.] Et sub eadem poena, ac insuper solvendi duplicatam [§.16.] decimam, nemo audeat uendere, aut exponere ad uendendum uinum, ante pestolutam ueram, et iustum decimam, nec loco decimæ uini debent dari pecunia.

Fratribus Sancti Augustini, et Capitulo Fluminis, ac sacerdotibus, [§.17.] [canonicis et monachis sub dignatia(!) inhibesur ne accipient decimas ab ullo, sed in Collegio.] et clericis ipsius, prohibitum sit sub graui dignatia nostræ Maiestatis et castigatione, ne accipient, aut recipiant ullam decimam, sed tempore debito, debeant mittere suos sa-

cristanos ad constitutum a Collegio Societatis Iesu ibidem, et (prout ab antiquo) ad laborare ut portetur in cellarium Collegii tota decima, et denique suam partem ex manibus Collegii expectare.

[Decimam(!) frumenti usque ad festum Sancti Andreæ omnes solvere debent.] Decima frumenti usque ad festum Sancti Andreæ, ab omnibus [§.18.] persolvenda est, secus faciens, aut in fraude deprehensus, cadat in poenam librarum quinque pecuniæ, sicut quondam pro nostra camera, ita modo pro Collegio.

Plebanio Fluminis de decima frumenti ex toto cumulo [§.19.] [decimarum diuisio quomodo facienda] dentur duæ eius loci mensuræ (uulgo stara, seu starichi.) tritici, et quatuor mixturæ, et unus angellus. Deinde fiat diuisio, et duæ partes prouenant Collegio Societatis, tertia fratribus Sancti Augustini conventus Sancti Hieronimi ibidem, quarta capitulo sacerdotum eiusdem ciuitatis.

Decima vini Collegii Societatis hoc modo et ordine [Decima vini Collegii quo modo et ordine uendenda.] uendatur. Die prima marti Collegium curabit per præconem [§.20.] ciuitatis proclamari publice in tota ciuitate, quod die prima aprilis exponetur uenale uinum decimæ, et si post diem ultimum Martii aliquis repertus fuerit siue ciuus, siue exterus, qui uenderet, aut foras daret uinum, illi statim debeat sine ulla gratia uinum accipi, sicut quondam in nostram Cameram, ita modo in Collegium Societatis, eidemque Collegio debeat soluere poenam librarum quinquaginta pecuniæ, iuxta antiquam consuetudinem, et qui tales quempiam accusauerit, eidem dandæ libræ decem, isque tendendus in secreto.

[Decimale uinum uendi debet communi ciuitatis mensura ab omni dacio exemptum, pretio a pater rectore statuendo et quid (?) maximo] Vinum autem hoc decimæ, sicut hactenus ab antiquo, [§.21.] uendi uolumus communi ciuitatis mensura, ab omni dacio et onere exemptum, tanquam ius nostri domini repræsentans totum, prout etiam ab antiquo hucusque æquali pretio, eoque a pater rectore Collegii constituto. Penes quem pater rectorem, et ipsi substitutos, uti quondam penes exactores nostros, declaramus, et esse uolumus perpetuum liberum ius preti suo indicio competens, et maximi quo potest, imponendi uino uendendo. Præco, et officiales (ut uocant) ciuitatis, sicut in prædictorum executione, et quibuscumque aliis ratione harum decimarum subseruire exactoribus cameræ nostræ tenebantur, ita nunc in iurium Collegio cessorum, uolumus et præcipimus, ut operam suam Collegio, consueta mercede contenti, præstare debeant, nec ullus Magistratus illos in illa præstanda impedire possit, aut præsumat.

[§.22.] Quare insuper præcipimus et mandamus magistratibus nostris, in specie ciuitatis Fluminis capitaneo, vicario, [capitaneus, vicarius et iudices nos manutenere de-

bent in omnibus præfatis] et iudicibus, ut in præfatis omnibus, prædictos patres Societas Iesu nostro nomine et authoritate manuteneant, inuent, ac defendant, nihilque contra præfatas decimas, et earum iura innouare, nec eas ullo modo aliqua in re de nouo aggrauare præsumant, uel aggrauari permittant, utpote quos eadem, qua nos et antecessores nostri fruiti sumus exemptione, et prærogatiua gaudere uolumus et declaramus.

[§.23] Promittimus demum, et etiam obligamus nos, heredes [Cæsar promittit nos in omnibus manutenere.] ac posteros nostros, ipsos patres, et ipsorum posteros, penes prædictam decimarum donationem, et supradicta omnia gratiose manutenere ac defendere.

Nostris hisce subsidiis, nobis annuentibus, consentientibus et laudantibus, accessit eadem nostra ciuitas, et [§.24] communitas Fluminis Sancti Viti, quæ solemini et publico instrumento, sub die secunda octobris anni millesimi [Templum Sancti Rochi cum omnibus pertinentiis datur Collegio] sexcentesimi uigesimi septimi iisdem patribus resignauit et renunciauit ecclesiam diui Rochi in ciuitate sitam, cum omnibus eiusdem bonis, et pertinentiis ubiuis existentibus, quamuis ualde exiguis, et quæ nec altaris lumini alendo sufficient, renunciando eis ius, quod dicta communitas habebat in dicta ecclesia.

[§.25] Consignauit etiam, et renunciauit ultra persolutum [Præter persolutum pretium unius hortuli, domum ludi magistri contignatur [...] cellarium] pretium unius hortuli, domum ludi litterari eiusdem communitatis, cum cella vinaria sub dicta domo existente, quam domum et cellam possint ipsi Patres pro beneficio Collegii uendere, alienare, donare et permutare, prout defacta permutarunt cum alia domo intra situm designati Collegii posita.

Insuper ex dacio vini, quo ciuitas pro publicis [§.26] [A communitate contignentur ex dacio vini floreni 200 annui.] oneribus, ac præcipue Magistratus et scholarum sumptibus sustinendis, ex nostra concessione fruitur, nobis consentientibus assignauit, et promisit durante Collegio, florenos duecentos annuatim in pecunia numerata soluendos in fine cuiuslibet trimestris, incipiendi die undecima nouembris, iuxta consuetudinem prouentuum dictæ communitatis, quorum in fine cuiuslibet trimestris sunt floreni quinquaginta.

Hanc præfatam resignationem, renunciationem dictæ ecclesiæ, domus, pecuniæ et stipendi, simul etiam [§.27] [Annuos floreni 200 non possunt unquam reuocare Fluminenses.] prædictæ domus commutationem approbamus, confirmamus, fundationi eiusdem Collegi incorporamus, et irreuocabilem esse decernimus, statuimus et declaramus, sublata omni potestate et facultate tam prædictæ communitati, quam cuicunque Magistratui, et cuiuis alteri, quocunque prætextu revocandi, repetendi, aut quo-

dcunque ius in ea prætendendi. In cuius rei finem, si qui in prædictorum resignatione, renunciatione, ac denique in ipso præfato instrumento intercessissent defectus, eosdem nos absoluta autoritate, et potestate nostra Cæsarea supplemus.

Præterea uelut in præfata resignatione et instrumento, ratione prædictorum, nulla a Patribus obligatio, præterquam [§.28] [Liberatur Collegium ab omni alia obligatione præter institutum Sancti Ignatii] instituti Societatis, et regulæ Sancti Ignatii exigitur, ita cum insuper nobis constet ex ordinariis suis exercitiis, ac indefessis pro ecclesia Dei, et salute animarum laboribus, abunde si quæ talia essent, ac multo maiora compensare, declaramus, imo absolute uolumus illos omnino ab omni, et quacunque alia præter instituti sui obligatione et onere esse liberos, tam quoad scholas, quam quoad dictam ecclesiam, nihilique tale a quo quis cuiuscunq; sit authoritatis conditionis, et potestatis, ui donatorum, siue quocunque alio prætextu, iis posse imponi, aut exigi ab iis.

Et quia experimentum docet parum stabile ac [§.29] permanens esse posse, quod pendet ab huiusmodi magistratibus, [200 floreni exactissime soluendi diebus constitutis, alioquin qui illos dare debent tenebuntur ex proprio de damno ob illorum moram uel culpam.] qui tam sæpe mutantur, tamque late per genus prope omne ciuium uagantur, ut non deesse possint, sicut defacto non defuerunt, qui in stata prædicti stipendi solutione patres morentur, molestent, ac impeditre conentur.

Nos eorundem patrum quieti, et indemnitati consulentes, ac prospicientes, matura consideratione et iudicio statuimus et decernimus, simulque serio præcipimus camerlengis et executoribus prædicti dacii uini, ut diebus constitutis, ita certo et infallibiliter patribus præfatam pecuniam in ipso Collegio deponant, nulla ulteriori ad hoc requisita authoritate, uel mandato, ut si id minus fecerint, a iudicibus et Magistratu poenis competentibus, ad officium præstandum cogi debeant, atque tam iudices, quam camerlengi, et exactores, omnes et singuli super hoc de damno per ipsorum moram, vel aliam culpam illato, in propriis, Collegio teneantur.

[§.30] Insuper ut prædictæ fundationis indemnitati perfectius [Esti daciū uini auferretur, ciuitas tamen 200 floreni Collegio soluere debet.] consulamus et prospiciamus, si continget quacunque ex causa ciuitatem Fluminis prædictos dici uini beneficio per nos, aut successores nostros, quomodolibet priuari, uolumus, et declaramus ratione prædictorum duecentorum florenorum iisdem patribus, nihil posse, nec debere præiudicari.

Quia autem supradicta omnia, Collegio ad alendum tantum personarum numerum, quanto pro scholis, [§.31] templo, excursione in auxilium eius populi, ac uicinorum regionum, et denique pro ipsorum functionibus commode obeundis opus est, minime sufficient et perexigua sunt: supradicta Vrsula comes de Thonhausen (nostri quondam intimi consiliari) libera baronissa de Hollnegg uidua ex propria deuotione et

Dei instinctu, simul etiam ex ipsius coniugis Balthasaris comitis de Thonhausen, nostri quondam intimi consiliari, camerari et provinciarum ac principatuum nostrorum interiorum Austria corum hæreditari supremi venationum præfecti, hæreditari etiam archiepiscopatus Salisburgensis dapiferi, desiderio, uoluntate et petitione, etiam testamento consignata, ex propriis ad ipsammet, et nullum alium spectantibus bonis, et facultatibus, dum bona ipsi ualetudo uigeret, et earum facultatum et bonorum [Pro situ Collegii illustrissima fundatrix donat Collegio 10000 florenorum et 42000 florenorum deponit Collegio Iudenburgensi pro Castua et reliquis pertinentiis cum consentu præpositi generalis.] penes ipsam plena et libera potestas esset, ad Dei omnipotentis eiusque Sanctissima Matris, et omnium sanctorum honorem, pro sua suorumque maiorum et liberorum salute, ac præcipue boni publici incremento, eidem inclitæ Societati, ob ipsius singulariter laudabile, utileque institutum, et maximam diligentiam, suumque erga ipsam Societatem singularem affectum, in animum induxit præfatum Collegium Fluminense in statum perfectum erigere, collatis ad fabricæ initium in sitem coemendum, impensis florenorum decem millibus, tum ad sustentationem et solidam fundationem liberaliter, plene, nulloque excepto aut reservato, dominium et capitaneatum Castuæ illi penes Flumen Sancti Viti situm, cum omnibus et singulis eo spectantibus locis, oppidis, iuribus, et e Collegii Iudenburgensis (cui ob locorum distantiam minus utile, minusque commodum erat) fundatione, quam una cum præfato coniuge suo, anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto ipsamet facerat paulo ante nobis annuentibus, et cum consensu honorabilis patri Muti Vitellesci, eiusdem Societatis præpositi generalis, per ipsam intercedente compensatione quadraginta duorum millium florenorum extractum, iterumque liberum et absolutum, eidem Collegio Fluminensi cessit, tradidit, et appropriavit. Desiderans solummodo templum Collegio illic erigendum, cum erectum fuerit in honorem Beatissimæ Virginis Mariae consecrari, et gloriosissimam Dei Matrem in eius patronam eligi. Nullatenus intendens propter hanc fundationem ulla in re Societatem aggravare, aut in aliquo, quod ipsius laudabile institutum non comportet, obligare.

Liberum etiam relinquens Societati dominium, et [§.32.] [Potest Collegium Castuam uendere, ita tamen, ut principi terræ primi proponatur uenalis.] capitaneatum Castuæ, ubi in singulare bonum eiusdem Collegii id cederet, in pecuniam conuertere, aut aliter alienare, dummodo (quod nostris eiusdem Domini cessionis, et donationis litteris cautum est.) nobis, et nostris hæredibus ac successoribus, primæ in emptione partes, pro eodem pretio, quo ali uellent emere, offerantur.

Nunquam uero hanc fundationem aliterare seu minuere, [§.33.] sed potius augere, istudque Collegium in suum statum [Non <licet> minuere bonum Castuæ, sed augere et in eodem nos manutenere se, suosque hæredes obligat illustrissima fundatrix.] et perfectionem promouere cupiens, ac omnimode sperans suos hæredes et successores,

hoc opus, et hanc piam suam intentionem, non minus prosecuturos et promoturos. Obligavit se, et omnes suos hæredes, patres Societatis Iesu penes prædictam fundationem et bona relinquere, et in possessione manuteneret, nullo sibi eorum bonorum iure reservato, sed illis omnibus et singulis, semel pro semper renuncians, in prædictis omnibus, interposita solita, et communis statutorum provinciæ Styriæ, Carniolæque damni obligatione, nimirum [...] citra periculum.

In quorum firmitatem et fidem, præsentes fundationis [§.34.] litteras prædicti tenoris cum appensione sui sigilli, expedivit Græci sub die Sancto Michaeli sacra, uigesima nona septembbris anno millesimo sexcentesimo trigesimo [Iudenburgense Collegium cedit Castuam Fluminensi.] Collegii vero Iudenburgensis rector pro tempore pater Ioannes Melzer, sibi et Collegio per præfatam compensationem supradictæ comitis Vrsula de Thonhausen, omnimode satisfactum attestans, omnique iuri in dominium Castuæ renuncians, etiam donationis nostræ litteras, quibus illi Collegio id dominium cesseramus, et donaueramus, a nobis datas Viennæ sub die octava aprilis anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, eidem Collegio Fluminensi consignauit et tradidit solemni instrumento sub die undecima nouembbris anno millesimo sexcentesimo trigesimo, subscribente etiam honorabili Florentio de Montmorenci eiusdem Societatis per provinciam visitatore.

Hanc ergo sæpenominata Vrsulæ comitis de Thonhausen [§.35.] fundationem et donationem, ac domini et capitaneatus [Cessionem hanc et translationem domini Castuani approbat et confirmat Cæsar] Castuæ, e Collegio Iudenburgensi, et ex manibus iam dictæ comitis de Thonhausen in Collegium Fluminense nobis annuentibus factam translationem, nec non præfatas litteras et instrumenta, ac si de uerbo ad verbum hic insererentur per omnia laudantes, et approbantes, præsentium uigore, nostra Cæsarea autoritate confirmamus, nostraque illius domini donationis litteras pro Collegio Iudenburgensi datas, sub die octaua Aprilis anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, perinde pro Collegio Fluminensi robur habere uolumus, ac si loco Iudenburgensis Collegium Fluminense expresse scriptum continerent, ac pro eodem originaliter fuissent expeditæ.

In specie autem quod ad idem dominium, et capitaneatum Castuæ attinet rem altius repetentes et declarantes, fatemur pro nobis, nostris hæredibus et successoribus, quod cum nos antehac, ex specialibus causis, maturo et deliberato consilio, gratiouse conclussemus, aliqua nostra propria dominia, officia et subditos, simulque illa, quæ nobis aliquantum erant remota, totaliter alienare, et nobis suprannominatus comes Baltasar de Thonhausen exposuisset, quemadmodum videlicet ipse determinauerit dominium Castuæ, a se in pignore habitum, suumque super illud ius, Collegio Societatis Iesu Iudenbeurgi, ex catholico christiano suo zelo et pietate fundando donare et con-

ferre, et nobis ideo humilli me supplicasset, ut nos prædicto Collegio, si non proprietatem ipsius domini gratiose concedere, saltem ipsi comiti de Thonhausen, in plures annos pignus, ad consecutionem ipsius optimæ intentionis, extendere et prolongare dignaremur.

Nos prædicto Collegio, quia id ad desideratam a nobis fidei et religionis chatolicæ propagationem cedere videbatur, ipsam præfati domini propietatem, non solum gratiose concesserimus, sed etiam donauerimus.

Idem uero dominium cum supradicto modo et causis, ex fundatione Collegii Iudenburgensis, per sufficientem compensationem extractum, in fundationem Collegii Fluminensis eiusdem Societatis Iesu legitime sit, et agnoscamus translatum.

[§.36.] Hoc etiam omnibus, et singulis notum facimus uigore harum litterarum, quod iam dictum Collegium Fluminense, [Proprietas Castuæ Collegio datur a Cæsare cum omnibus pertinentiis, quæ etiam omnia hic specificantur.] eiusque rector et successores omnibus futuris temploribus, præfatum dominium, et capitaneum Castuæ, una cum ciuitatula, et incorporatis duobus castellis Moschenizze, et Veprinaz, omnibusque aliis ad eundem capitaneatum, et dominium pertinentibus superioritatibus, iurisdictionibus, dominationibus, iuribus [...], emphiteutis, subditis, seruitutibus, redditibus, censibus, prouentibus, fructibus, rabotis, negotiationibus, agriculturis, prædiis, sylvis, nemoribus et lignis, campis, agris, pratis, communalibus, pascuis, uenationibus, aquis, piscationibus, littoribus, eorumque maris districtu, portibus, et portoriis, quæ ad terra principem non spectant, fundis ac terris cultis et incultis, in montibus et uallibus.

Ac singulariter omnibus etiam reseruationibus, quas nobis nos, et antecessores nostri, ratione huius domini, tanquam eiusdem dominis, in sylvis Recinæ et Bergud, et in quancunque domini parte, ac in quibuscumque transactionibus et instrumentis reseruauiimus, ac si de uerbo ad uerbum hic inserentur.

Et in specie quidquid sibi iuris et potestatis augustæ memoriae Ferdinandus primus, auus noster charissimus, in quadam transactione inter subditos suorum dominiorum Castuæ et Fluminis, interuenientibus Iacobo a Lamberg locumtenente capitaneatus Carnioliae, et præside iudiciorum, ac Christophoro Nüllemburg vicedomino ibidem, tanquam deputatis regiis commissariis facta de confinibus, pascuis et lignatione in Bergud, confirmata sub die uigesima tertia novembris anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto reseruauit, quas omnes reseruationes ac iura et potestatem in Collegii Fluminensis rectores omnimode conferimus, sicut et cum omnibus aliis, quæcunque intra fines et terminos prædicti capitaneatus Catuæ posita, ad nos, nostrosque antecessores tanquam dominos, quacunque ratione spectabant, quæ iuxta vrbaria subscripta, et obsignata, et tradita, de iure, antiquitate, [Excipiuntur pauca quæ sunt prin-

cipis terræ propria regalia.] et consuetudine ad prædicta spectabant, uel in futurum spectasse reperientur, nulla re excepta (nisi tantum excepti thesauris, fodinis, uiarum iure, steuris, quæ ad nostrum vicedominatum carnioliæ pertinent, feris, uulgo Rott [...] syluis, uulgo [...], iuribus patronatus, religionis dispositione, et similiter appellationibus, confiscationibus, et aliis omnibus prouinciæ principis regalibus, et præeminentiis, quas nos tanquam dominus et princeps terræ, super nostrorum nobilium prouincialium propria bona, quoouis modo habere possumus, quæ nos nobis expresse reseruamus; sicut etiam, ut si præfatum Collegium futuris temporibus idem dominium, uel quidpiam ex ipso uellet uenum proponere et uendere, tali casu nos nostrique hæredes et successores, si idem quod ab aliis habere possent, pretium soluere uoluerimus, retractus iure uti, *(et cum illis agere, tractare, et prout illis nunc et imposterum)* ad eoque præcedentiam in emptione habere possimus.) impossorum tanquam liberum et proprium suum bonum possint et debeant tenere et possidere, iisque frui et uti, et cum illis agere, tractare, et prout illis nunc et imposterum placuerit, omni eo modo et ratione qua nos, et nostri antecessores potuimus liberatione(?) disponere, absque ullo nostro, aut successorum nostrorum impedimento et contradictione. Prouti in eundem finem nos sæpius dictum dominium Castuæ cum supradictis iuribus et pertinentiis, hominibus, fundis, rebus, prouentibus, bonis, et in summa omnibus, quæ eo spectare superius intelleximus, uel in futurum eo spectare deprehendentur aut exquirerunt, nulla re alia excepta, præter supra specificata prouinciæ principis regalia, et nostra potestate et iure exemptum, in sæpius dicti Collegii Fluminensis proprietarium commodum, usum, et dispositionem, pleno iure transtulimus, eique tradidimus.

Et pari etiam modo idem supradictum dominium ex [§.37.] [A vicedominatu Carnioliae Castua separatur.] nostri vicedominatus Carniolæ iurisdictione et superioritate omnimode separauimus et dimisimus, ita ut sæpedicti Collegii rector et successores eius in futurum, in quauis occurrente necessitate, sine ullo præfati vicedominatus impedimento, uel contradictione, apud ea solummodo tribunalia, ubi omnia alia libera, propria bona in nostro principatu Carnioliae, et Istriæ sita, consueuerunt iura sua tueri, iustitiæ administrationem implorare debeant ac possint.

[§.38.] Ad hæc prohibitum esse nolumus, ut quando ipsis modis [Potest Collegium ex bonis Castuæ aliquid commutare.] occurret commutandi aliquid ex bonis aut iuribus, ad hoc dominium spectantibus, id pro sua commoditate sine impedimento facere possint.

[Nota Bene] Insuper, et pro conclusione promittimus, et obligamus [§.39.] nos, pro nobis, nostris hæredibus et successoribus, ipsos in [Cæsar obligat se ad tuendum Collegium sine expensis Collegii.] hac proprietatis donatione, contra quamcunque prætensionem, et contra quosquis impetitores et actores tueri, conseruare, et in iudicis

defendere, quando et quotiescumque necessitas exiget, nostris, et nostrorum hæredum ac successorum sumptibus, et sine ullo patrum præiudicio, damno, et detimento, benignissime, sincere, et citra periculum.

[§.40.] Vlterius modo nostris gratiis et priuilegiis eosdem patres Societatis Iesu, et prædictum Collegium prosequentes, in [Ratione Castuæ et aliorum bonorum effici-  
mur status Carnioliae membra, eiusque priuilegiis gaudemus.] nostræ prouinciae stati-  
bus eosdem, siue ratione domini Castuæ, siue aliorum quorumcunque bonorum, quo  
ad omnia priuilegia annumeramus, suumque locum inter dictos status, quibuscunque  
temporibus id Societati expedire indicauerint, non obstantibus quibuscunque iuris,  
aut consuetudinis præscriptionibus, tenere uolumus ac mandamus, cum hac tamen  
speciali gratia, ut ab omnibus personalibus oneribus, ne in sua vocatione impediatur,  
liberi et exempti sint.

[§.41.] Volumus eadem ratione prædictos patres Societatis [Collegium gaudet  
turibus ciuitatis Fluminis, liberatur ab oneribus personalibus] Iesu cum Collegio et  
seminario, omni ciuium et ciuitatis nostræ Fluminis Sancti Viti, iure et priuilegio frui  
et gaudere, similiter a personalibus oneribus exemptos.

Præterea statuimus, ut dictum Collegium Fluminense, et patres in quibuscunque  
controversiis iuris ciuilis, et politicis [Ad Cæsarem immediate quoad lites potest recu-  
rrere Collegium, nec possunt ad ullum aliud tribunal citari.] causis, litibus, processi-  
bus, aliisque difficultatibus, quæ circa illorum personas, aut circa illorum bona, ubicun-  
que prouinciarum nostrarum sita occurrere possunt, ad nos, nostrumque tribunal  
immediate recurrere ualeant, nec apud ullum aliud, præcipue ciuitatis Fluminis, eius-  
que capitanei, et vicari forum, aut tribunal citari, conueniri, accusari, et in ius uocari  
possint, aut ipsi comparere aut respondere teneantur.

#### [Nota Bene]

[§.43.] In specie autem decernimus, ne fas sit magistratibus ciuitatis Fluminis  
quidpiam contra Collegium, et [Nihil licet Magistratui Fluminensi contra Collegium  
in sua acta inserere et inserta cassantur.] Societatem decernere, aut actis suis inserere;  
sic uero inserta cassamus, annullamus, et cassa et nulla declaramus, atque ex actis ex-  
pungi præcipimus. Volentes etiam, et decernentes, ut omnibus et singulis concessioni-  
bus, gratiis, facultatibus, immunitatibus, indultis, libertatibus et priuilegiis, [Collegi-  
um gaudet immunitatibus et priuilegiis a pontificibus et Cæsaribus concessis] secun-  
dum canones, et ipsius Societatis institutum, tam a summis pontificibus, quam impe-  
ratoribus, et etiam a nobis hactenus Societati, eiusque aliis Colligis factis et concessis,  
et ab eisdem, nobisque deinceps, et successoribus nostris in futurum concedendis, et  
faciendis, perinde ac si de uerbo ad uerbum hic inserta essent, robur habentibus, pro

libertate sua christiana, absque ullo impedimento, uti, potiri, et gaudere possint ac debeant.

Ad hæ cum patres Societatis Iesu, et illud Collegium [§.44.] [Liberatur Collegium et seminarium ab omni dacio] cum subiecto seminario seu conuictu, uariis rebus, pro uariis eorum occupationibus, exercitiis, multorumque sustentatione, ut libris, pannis, uino, carnibus, piscibus, et aliis alimentis, materia fabricæ et similibus quibuscumque indigeant, qua per nostra dominia et prouincias deferri oporteat, omnino uolumus, ut ea omnia et singula liceat patribus, absque ullo uectigali, telonio, exactione, impositione, seruitute, rabota, uel quoquis alio, siue personali, siue reali grauamine, nec non absque omni impedimento, per eadem libere conquerire ultro citroque deferre, et quo-cunque modo deportare, ac in ciuitatem importare, et exportare, adeoque omnes et quascunque personas, equos, currus, naues, ac alias res, usui et necessitatibus ipsorum, terra, marine inseruientes, ab omnibus exactionibus, grauaminibus et impedimentis, penitus liberos, exemptos et immunes esse.

Cumque de eorum patrum fide ac integritate confidamus [Licet Collegio bona aquirere, uendere, commutare] quod bona omnia et singula iis attributa et donata, magno [§.45.] cum fructu et foenore, uti ecclesiastica sint administraturi, ideo ut non solum bona quocunque modo oblata acquirere et possidere, sed etiam ad eiusdem Societatis uel ecclesiarum illic incorporatarum, evidentem utilitatem, et commodum uendere, commutare et alienare, secundum rationem sui instituti possint, liberum facimus, et cum plena potestate concedimus, non obstantibus in prædictis omnibus, aliquibus legibus, constitutionibus, ordinationibus, pragmaticis, decretis, statutis, uel consuetudinibus, et aliis quibuscumque in contrarium quocunque tempore facientibus.

[§.46.] Si autem, quod Deus auertat, dicti patres Societatis Iesu, temporum iniuria, uel alia quausi causa, ab his [Si casu pelleremur ex ciuitate, bona tamen omnia Collegio manent et perdita rehабeri possunt.] Collegiis editibus pellerentur, nostra imperiali autoritate firmiter statutimus, decernimus ac declaramus, bona omnia et singula iam attributa, donata, Societati Iesu incorporata, et postmodum ab iisdem patribus, hic et alibi, siue donatione, siue emptione, siue testamentis, aut alio quoquis titulo legitime acquirenda, esse ipsi Societati Iesu, uere proprie, ac pleno iure attributa, ita ut etiam absens, eorum ius habeat, et potestatem iterum eadem omnia bona et singula, sine alio iure quæsito rehabendi, accipiendo, et perpetuo possidendi, nulla in eos currente, uel iuris, uel consuetudinis præscriptione.

[§.47] Quia etiam eidem Societati plenum ius damus, et concedimus, ut omnia illa bona et singula, quæ possident, [Si casu Collegium uellemus transferre, bona tamen nobis, et ius ad ea omnia remanent.] et possessuri sunt ratione huius Collegii, quoquis alio loco in prouinciis nostris, Collegium aliud et gimnasium ac seminarium, ex

iisdem bonis, si id posissimum Societati, et saluti animarum fidelium subditorum nostrorum expedire indicarent, cum iisdem iuribus, immunitatibus, exemptionibus, priuilegiis exigere et constituere possint. Hanc uero nostram clementiam et liberalitatem, non dubitamus, quia patres pro instituti sui ratione ac debito, modis omnibus sint compensaturi.

[§.48] Quocirca uehementer imprimis desideramus, ne præsertim prouinciarum episcopi, prælati, et quicunque [Commendatur ut episcopi nos tueantur in nostris functionibus.] ordinari ullo modo patres in suis functionibus ubicunque exercendis molestent, impedian, aut retardent, quia potius omnibus, quibus possunt, ut par est, rationibus, pios eorum conatus iuuent ac promoueant.

[Capitaneo, vicario, et magistratui iniungitur ne nostras, functiones impedian, et impedientes et puniant.] Deinde quo iidem patres consueta sua pietatis [§.49] et religionis exercitia, ubique præsertim suis in templis, et Collegio quietius, ac sine impedimento peragere possint, mandamus, et serio nostris omnibus, tam præsentibus, quam futuris substitutis magistratibus, ac peculiariter capitaneo, vicario, iudicibus, et ciuitati Fluminis iniungimus, ne aut ipsi patrum studia aut occupationes impedian, et maxime Collegi quietem scholarum ac templi fundationibus necessariam, uel optabilem perturbent, aut turbari permittant, turbatores uero debito modo puniant.

[Gaudet nostrum gimnasium privilegi academiæ Græcensis, Viennensis et aliarum in Europa] Etiam pari modo decernimus et statuimus, ut [§.50] gimnasi patrum studiosi, cuiuscunque conditionis, iisdem priuilegiis, libertatibus, gratiis et prærogatiis utantur, potiantur, gaudeant et fruantur, quibus membra omnia et singula academiæ seu vniuersitatis nostræ Græcensis, Viennensis, et aliarum quarumcunque Europæ vniuersitatum, utuntur, fruuntur potiuntur et gaudent.

Quare imprimis ciuitati, et cuicunque aliteri prohibemus, [§.51] [Interdicitur strepitus prope scholas, Collegium et templum. Item ius [?] in hac et seminarium prohibetur.] [Nota Bene] ne ullos strepitus et rumores, et indecentias quascunque prope scholas, et Collegium templumque instituant, neue ante templi vestibulum, et in eius area, equorum stabulationem, pabulatio nemque permittant; deinde ne quis iuris quidpiam in templo, scholis, domibus, ac toto Collegi et seminarii ambitu sibi uendicet.

[Studiosi eximantur a quocunque magistratu quamdia in nostris scholis uersantur.] Præterea quo iuuentus ad patrum disciplinas [§.52] capessendas, undecunque libentius, et copiosius confluat, neue suis in studiis, ullum patiatur impedimentum, indecentiusue quam nobiles, et liberales adolescentes decet, tractentur. Studiosos et scholares omnes, qui Collegi eiusdem gimnasium frequentabunt, quamdiu in patrum disciplina uersantur, sub nostram, ac hæredum et successorum nostrorum tutelam, patrociniu-

mque suscipimus, eosque suo scholastico e patribus magistratui subiicientes, ab omni  
aliо tam nobilium, quam ciuum magistratu eximimus, nec non et consuetis aliorum  
gimnasiorum, et iuris priuilegiis gaudere uolumus.

[§.53] Denique cum hospites suscipiendi necessitas, magna religiosis sаepe con-  
gregationibus afferat incommoda, [Ab omni hospitalitate Collegium et seminarium  
excipitur.] eam uero munia et occupationes Societatis, sine sui perniciose neglectu uix  
admitterent, serio cautum uolumus, ne ullo prаetextu aut titulo, ulli magistratus, siue  
ecclesiastici, siue sаeculares, quocunque casu, etiam conuentu comitiorum, seu princ-  
pum aut legatorum, ullos milites, aut hospites, siue sаeculares, siue ecclesiasticos, cui-  
uscunque dignitatis, status, aut conditionis, partibus et seminario, seu conuictui stu-  
dentium, obtrudant. Patresque serio monemus, ne obtrusos suscipiant, sed suo institu-  
to, studiis, atque ut solent, saluti et perfectioni proximorum uacent. Quam quia per  
huius Collegi fundationem intendimus, ac per patrum studia, indefessosque labores  
effectum iri confidimus. Ideo hаe omnia et singula his nostris litteris, et diplomate  
contenta, nos omni meliori uia, modo ac forma qua possumus ac debemus, eatenus  
confirmamus et approbamus, quatenus ipsi dicti patres Societatis Iesu, saluo suo insti-  
tuto et commodo tam spirituali, quam temporali indicauerint expedire.

[§.54] Et quia usu compertum est, huiusmodi priuilegia et diplomata non sem-  
per posse sine periculo corruptionis uel amissionis de loco ad locum transportari, prop-  
ter frequentes temporis et rerum mutationes: uolentes et in hoc parte sаepedicto Colle-  
gio [Si opussit priuilegia hаe producere, sufficit copia authenticata loco originalis]  
patrum Societatis Iesu Fluminis Sancti Viti consulere, ne quoties prаesentium conces-  
sionum beneficio uti uoluerint, necesse habeant, originale hoc nostrum diploma pro-  
ducere; idcirco ordinamus, ut inde plura exempla sub authentico alicuius prаlati, prin-  
cipis, comitis, baronis, magistratus prouincialis, aut municipalis, uel alterius alicuius  
egregiа, et fide dignа personа sigillo, trans sumere, uel trans sumi, siue per notarium  
legalem, copiam authenticam, et collationatam, cum prаesentia duorum testium fide  
dignorum subscribi, et subsignari facere possint, quibus parem fidem in indicio et  
extra, et alias ubicunque ad hiberi uolumus, ac si hаe originales litterаe producerentur.

[Idem intelligendum si quocunque modo corrumperetur uel periret originale]  
Et si quo casu eueniret, ut uetustate temporis, [§.55.] characteres, seu litterulа huiu-  
smodi diplomatis, oculos legentium fugerent, nec agnosci possent, et uel sigillum fran-  
geretur, uel membrana quocunque modo corrumperetur, uel incendio consumeretur,  
uel etiam Societati Iesu eriperetur, tunc memorata transsumpta, modo, quo supra de-  
monstratum est, facta eandem, quam archetitus fidem, et roboris firmitatem, ubique  
locorum et terrarum obtinere, nec in ullis actibus, aut negotiis tam ecclesiasticis, quam  
profanis ac mixtis, minus ac prаesens originale ualere debebunt.

[Articulus etiam priuilegiorum desumptus habet uim] Postremo promittimus iisdem patribus Societatis [§.56.] Iesu, ut quoties huiusmodi gratia per nos concessa ipsos uti contigerit, non opus habeant integrum præsentis diplomatis tenorem, litteris suis, quas desuper expediri fecerint, inserere, sed articulum ad hoc pertinentem, una cum parte exordi, et annotatione loci et diei, quo ipsum diploma hoc nostrum datum est, in ipsis commemorare, et speciatim exprimere illis sufficiat.

[§.57.] Non obstantibus iuribus, consuetudinibus et statutis, sine publicis, sine prouincialibus decretis, indultis; priuilegiis, immunitatibus, regalibus, iurisdictionibus, superioritatibus, inhibitionibus, exceptionibus, indemnitatibus, relaxationibus, institutionibus, interpretationibus, exemptionibus, cæterisque contrariis quibuscumque, quæ humano unquam ingenio [Dubia occurrentia in fauorem Collegi interpretanda sunt.] aduersus has litteras, et efficacissimam uoluntatem hanc et fundationem excogitari, inueniri ac proferri possent, quia imo, si quæ dubia occurrerent, uolumus ea a iudicibus et magistratibus in fauorem prædicti Collegi, et patrum interpretari.

[§.58.] Quam ob rem charissimos hæredes ac successores nostros amanter rogamus, hortamur, ac simul serio [Cæsar obligat se successores suos et executores sui(?) hius uoluntatis ad priuilegia hæc omnia thenda(?)] tam nos, quam illos obligamus, atque etiam omnes eos, cuiuscunque status ac conditionis fuerint, ad quos ius et executio nostræ uoluntatis, et huius fundationis pertinebit quocunque modo, ut hanc nostram [Et castigandi omnes contranitentes et perturbatores] constitutionem, sanctiōnem, confirmationem, fundationem, institutionem, donationem, concessionem, exemptionem, atque omnia et singula minima atque maxima, quæ in his litteris continentur, per se suosque in perpetuum firma, stabilia, et inuiolata seruent, custodiant, tueantur, atque defendant. Ac proinde in omnes eos seuerissime animaduertant, qui hanc fundationem, et constantissimam uoluntatem nostram, quomodocunque impugnare, immutare, corrumpere, aut quoquis præteretu disputando in dubium uocare, atque eo nomine patribus Societatis Iesu, molestiam et negotium facessere ausi fuerint. Atque in horum omnium et singulorum plenam, inuiolabilem, certam et indubitatom fidem, hasce litteras, manu nostra subscrisimus, et sigilli nostri Cæsarei appensione communiri iussimus.

Datæ in ciuitate nostra Vienna die ultima mensis iulii anno domini millesimo sexcentesimo trigesimo tertio. Regnum nostrorum, Romani decimo quarto, Ungarici decimo sexto, Bohemici uero decimo septimo.

Ferdinandus

Ad mandatum sacrae Cæsareæ maiestatis proprium.

Ioannes Baptista comes Casparus Frei de Verdenberg.

Nos Ferdinandvs Secvndvs, divina fauente, clementia electus Romanorum imperator, semper augustus, ac Germaniæ, Vngariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Sclauoniae, &c. rex, archidux Austriae, dux Burgundiæ, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniolæ, marchio Moraviae, dux Lucemburgi, ac Superioris et Inferioris Silesiae, Witembergæ, et Teckæ, princeps Sueviae, comes Habsburgi, Tyrolis Ferretis Kyburgi et Goritiæ, Landgrauius Alsatiæ, marchio Sacri Romani Imperii Burgauiae, ac Superioris et Inferioris Lusatiae, dominus marchia Slauonicæ, Portus Naonis Salinarum &c.

[§.59.] Omnibus et singulis præsertim uero subditis Castuæ, Veprinaz et Moschienize ac circumuinorum locorum capetaneatui Castuæ subiectorum, notum uolumus et facimus, quod cum antehac, ex causis ac rationibus iustis et legitimis, opportunum, imo neccessarium iudicauerimus, ut capitaneatus ille Castuæ, nostris concessiobibus iam demum in fundationem et proprietatem Collegii Societatis Iesu in ciuitate nostra Fluminis Sancti Viti deuolutus, tam pro subditorum et populi, quam ipsorum patrum dictæ Societatis, securiore et suauiore directione et dispositione per certum statutum et vrbarium (cum eo hactenus uel caruisse, uel in perniciosos abusus in multis prolapsus esse, non tam denuntiatus, quam deprehensus fuerit) tandem ad certam normam et formam ducatui nostro Carniolæ, cui subiacet, conformem reduceretur.

Ideo ad elaborandum, et construendum hoc opus certos nostros commissarios illuc ad locum ablegaueramus his expressis cum mandatis et commissionibus, ut perlustratis locis et auditis illis quorum interesse iudicassent, [Ad comprescendas insolentias (?) capitaneatus Castuæ mittuntur commissarii] certum quid ad nostram ulteriorem resolutionem elaborarent, componerent, et cum omnibus circumstantiis referrent. Qui nostri commissarii quidem non semel, sed bis ad locum uenerunt, ad decenti cum modo quæ a nobis in mandatis haberent, subditis et quorum intererat aperuerunt. Verum cum subditi pertinaciter quæ illis exponenda erant non solum non audire, sed etiam decretis commissariorum intempestive insolenter et arroganter se se opponere, imo tandem commissarium nostrum nobilem nobis dilectum fidelem Georgium Barbo liberum baronem in Cosliac siue Woxenstain et Pasperg, nostrum Interioris Austriae regiminis consiliarium, cum cæteris commissioni adiunctis, una cum honorabili nobis dilecto deuoto patre Iacobo Rampel Societatis Iesu Collegi Tergesti rectore eo tempore pro Collegio Iudenburgensi eiusdem domini et capitaneatus Castuæ administratore, qui iuxta decreta nostra, omnia in mandatis habita suauiter proponere, et si aliqua replicanda fuissent, audire parati erant, in habitationis illorum domicilio positis uigiliis restringere et retinere, populum postea desuper quasi uniuersum per tormentorum explosionem conuocare et coadunare, complures alias insolentias ibi exercere, et denique ipsum commissarium nostrum, et patrem administratorem ad quædam decreta, seu concessiones quasdam commissionibus et mandatis nostris contrarias minis, ui, et armis, fuerint compellere

ausi (super quibus quidem excessibus, iuxta formati processus substantiam, in demeritos con digna ferenda et exequenda reseruatur sententia).

Nos tandem in contumaciam et arrogantiam tantam animaduertentes, iure nostro, quo uti terra princeps potimus, hoc quod sequitur statutum et vrbarium, perpetuis imposterum temporibus ualitrum et obseruandum, maturo cum consilio conscribere, et erigere, atque uigore huius rescripti nostri publicari et obseruari uolumus.

### **Abrogatio prætensi a subditis huius capitaneatus ueteris statuti siue *saccon***

Et inprimis nulla et irrita pronuntiamus omnia illa decreta uel concessiones quas-cunque, quæ uel quas, ut memoratum est, a commissario nostro prænominato et patre administratore, minis, ui, et armis extorserunt et obtinuerunt.

[§.60.] Deinde abrogamus, reprobamus, et annullamus statutum illud, quod *saccon* appellant, a subditis capitaneatus [Annulatur *saccon* uetus quia a nullo Cæsare confirmatum, quia barbarum in multis] hactenus prætensum et usurpatum; utpote nulla, neque nostra, neque antecessorum nostrarum, authoritate roboratum, in multis barbarum, bonis moribus, et iuribus tam communibus, quam prouincialibus contrarium. Serio mandates, ut imposterum nemo, quicunque ille esse possit tam in ciuibus quam in criminalibus, illo se se tueri et præualere possit, audeat uel præsumat exceptis illis punctis et casibus in quibus ei uel expresse uel tacite nihil derogatum, et his sancti-onibus nostris ac bonis moribus non contrarium est.

### **De instantiis iudici et appellationibus huius capitaneatus**

Quod ad iudicium primæ instantiæ attinet in hoc capitaneatu [§.61.] Castuæ, cum necessarium non sit, ut id per duodecim, minus per uigintiquatuor constituatur. Nos etiam huic excessui, et communibus sumptibus salubriter [Prima instantia conceditur iudicibus et supanis. In quibus rebus et(?) qualiter.] providentes et parcentes, hac occasione statuimus, ut iuxta nostri ducatus Carniolæ consuetudinem, uniuersum iudicium penes dominos et iurisdicentes capitaneatus patrem rectorem Collegi Fluminensis Societatis Iesv, eiusque repræsentantes capitaneos, aliosque substitutos constitutum sit. Sic tamen, ut pater rector iudicibus et supanis, infra scripto ordine ex populo eligendis, et admittendis, concedere possit primam instantiam, et iudicium circa afflictus seu lo-cationes, et mercedes cuiuscunque summæ; in aliis vero contractibus, ut mutui, empti-

onis, venditionis, aut cuiuscumque alterius contractus, damni etiam dati per quadrupedes, limitetur usque ad summam librarum decem paruorum inclusiue. Iisdemque iudicibus et supanis, ubi expedire patri rectori uidebitur pro difficultoribus et maioris indagationis causis, adiungi possit assessorum seniorumque consilium numero, qui eidem patri rectori uideretur necessarius. Verum hoc in primis expresso, ut cuicumque parti in hac instantia licitum sit, si unum uel alterum huius instantiae assessorem interessatum et suspectum sufficientibus ex causis allegare possit, illum a iudicio auocare et sententiam a reliquis expectare, et si grauatum se adhuc, uel ita sibi expedire iudicauerit, as patrem rectorem eiusque substitutos appellationem deuoluere possit. Cauillationes tamen et uanas suspiciones (super quibus pater rector, uel cui ille iudicium commiserit iudicabunt) omnino inhibemus(.) Deinde hoc etiam expresso, quod quotiescumque et quandcumque uidebitur patri rectori eiusque repræsentanti has cuiuscumque generis uel summæ causas ad se auocare id ad libitum facere possit; et quoties litibus præsentem eundem uel eius repræsentantem esse continget hoc ipso causæ ad ipsum auocentur, nec ullus ex antedictus supanis, iudicibus, aliisque in hoc quidquam prætendere, aut contrauenire audeat, uel præsumat.

[§.62.] Igitur a prima iudicu[m] subditorum instantia deuoluetur appellatio ad dominum et iurisdicentem [A prima instantia fiet appellatio ad patrem rectorem seu substitutos illius. Ab hoc ad Prouinciam Carniolæ. Tandem ad regimen Interioris Austriae.] patrem rectorem, seu substitutos illius. Ab hoc uero ad tribunal Ducatus Carniolæ. Et tandem ab istis ad nostrum Interioris Austriae regimen. Salua reuisione, quam quis etiam apud nos desiderare et querere possit.

[§.63.] Vt autem supervacaneis itineribus laboribus et sumptibus, ac tribunali[u]m nostrorum in rebus friuolis [Appellations non admittantur nisi in causis maioris momenti] molestiae parcatur. Nolumus appellations a præfatis dominis admitti, nisi in causis maioris momenti, iisque statuto ac legibus Ducatus Carnioliae permissis. In [In executiuis nulla datur appellatio.] executiuis autem nulla detur appellatio; neque in criminalibus saluo semper in his ordinato ad nos recursu, quatenus prouinciae statuto de eo prospiceretur.

Quid in criminalibus, tum ulterius in iudicis obseruandum, inferius dicetur.

### **De parochis ecclesiis et ecclesiasticis huius capitaneatus**

Etsi populus huius capitanatus sibi hactenus attribuerit facultatem eligendi et nominandi parochos et [§.64.] beneficiatos: eam nunc nos tam ob prænominatos illorum excessus, et multoties deprehensam indiscretionem, [Subditi nominant pro parocho

res idoneos pater rector eligit et electum proponit ordinario] præcipue uero ad gubernationis totius tutiorem dispositionem colimitamus, ut illis quidem eueniente eligendi necessitate, aliquos quos idoneos iudicarent nominare et patri rectori uel eius substituto proponere liberum et licitum sit, pater rector autem, uel is cui commiserit, ius et libertatem habeat, quem iudicauerit dignorem ex illis eligere, et ordinario præsentare, uel si omnino nullum secundum indicium ipsius idoneum proposuissent, ipse alium eligere, aut ipsos ad nouam nominationem urgere.

Hæc autem nominandi et uota conferendi facultas ad [Et hic modus eligendi parochos seruandus Castuæ in Moschienizze et Veprinaz. ] uniuersum cuiusque territorii finibus comprehensum populum extenditur, ut omnes finibus Moschienicensem, sic Veprinaczensibus Veprinacensem, et Castuanis circum circa usque ad ultimos in Drenou, Scurigne, Plasse, et Bergud terminos comprehensi Castuanum parochum nominant et proponant. Parique passu et antiquissimo iure, cuiusque parochi cura animarum munus parochiale, ac ius in quartam decimæ partem per totos inclusiue eiusdem territorii terminos protenditur.

[§.65.] Quam quartam decimorum partem quotannis in toto territorio prouenientem, cum prædicti parochi ab antiquo [Parochi et sacerdotes curanti seu canonici quarta decimorum partem a patre rectore uel substitutis accipient] non immerito habuerint. Nos piis fundationibus et usibus nihil derogantes hoc denuo confirmamus. Parochos tamen, sacerdotes et beneficiatos monitos uolumus ut secundum antiquam consuetudinem et antecessorum nostrorum diplomata, et resolutiones, eam ex patris rectoris uel eius substitutorum manibus expectent. Quo in negotio illis ipsis multum proderit, si populum cum discretione compluries serio commonuerint et exhortati fuerint ad [Tenetur parochi hortari populum ad fideliter comportandas decimas.] decimas, ad loca a patre rectore uel substitutis ipsius nominata uel nominanda fideliter et sine fraude conuehendas et comportandas. Vbi more solito divisio [§ 66.] facienda erit. Eademque ratione eosdem, per quos hæc accipiunt, ut par est respicientes, et nos atque Collegi Fluminensis Societatis Iesv rectores, illorumque [Patrem rectorem pro iurisdidente debent agnoscere] substitutos, uirtute concessionum nostrarum pro dominis et iurisdicentibus territorii ac protectoribus beneuole agnoscentes, tum nostra, tum eorundem mandata, et. ordinationes tam præfatam decimam quam alia quæcumque concernentes prout ab antiquo hucusque consuetum est in suis ecclesiis populo denuntiare, eundemque ad omnem obedientiam cohortari non graubuntur.

[§.67.] Ecclesiarum rationes postmodum non fiant, nisi præsente [Ecclesiarum rationes fient coram patre rectore uel eius substituto.] patre rectore, uel eius commissario, qui parochis et beneficiatis brachium si opus fuerit præstabit ne templorum redditus male impendantur a præfactis eorum.

[§.68.] Notum etiam hic uolumus ecclesiasticis, beneficiatis, et confraternitatis, ut si quid ipsi controuersiae uel querelae contra subditos huius capitaneatus, tam [Controversia omnes cleri contra subditos pertinent ad forum commune] in realibus quam personalibus habent, uel habituri sint: præmemorato supersius ordine et modo, apud prædictas huius capitaneatus, itemque Prouinciæ Carnioliae, ac nostri Interioris Austriae regiminis solitas instantias et tribunalia proponant et agant. [Clerus(?) in personalibus ex delicto remittitur ad ordinarium.] Illos autem qui contra clerum in personalibus descendantibus ex aliquo delicto actionem mouendam esse [In realibus uero subiacet capitaneatus foro communi sicut etiam in personalibus ex contractu] consuerint, ad ordinarios illorum remittimus. In realibus uero, foro in captaneatu ordinario et communi, prædictisque prouinciæ ac regiminis nostri instantiis de prouinciarum nostrarum communi more eorundem causæ iudicabuntur sic etiam in personalibus ex contractu &c.

### **De electione et officio iudicum ac supanorum huius capitaneatus**

Pater rector per singula capitaneatus huius castra seu [§.69.] [Qualiter fieri debeat electio iudicum et supanorum] oppida ac territoria, aut eorum quotquot uidebitur partiales districtus seu circulos, unum alterumue iudicem aut supanum ex numero subditorum reliquo populo præfiget. Atque ubi expedire iudicauerit, iis aliquos, numero qui uidebitur necessarius, assessores seu seniorum consilium adiungeret. Quorum uero electionem populo concesserit: ii bono ordine electi, patri rectori seu repræsentanti ipsius cum debita reverentia proponentur. Et postea adhuc penes ipsum sit hunc uel illum, cum ita expedire iudicaret reprobare uel admittere, ac reprobati loco alium constituere, uel ad alium nominandum urgere. Quod idem intelligendum quoties cursu temporis eos qui admissi fuerunt minus idoneos demeritosue experiretur.

[§.70.] Officium autem horum iudicum et supanorum erit, concessas sibi superius commemorato modo causas indicare, [Quæ iudices et supanni præstare debeant et teneantur.] et ad hoc, constituto quauis hebdomada die non uetito in loco iudiciis destinato ex officio adesse, ac deinde quoties occurrit ex incidenti accedentes audire. Et uniuersim [et quæ corum authoritas.] patri rectori et capitaneo illius aliisque substitutis, in gubernationis totius directione se obsequentes promptosque exhibere, præsertim in executionibus ubi per se uel per subordinatos officiales ad omnem requisitionem præsto erunt. Atque ea quæ tum superius ipsis præscripta sunt, tum inferius circa iudicia præscribentur, accurate obseruabunt. Occurrentia in rebus politicis et publicis consideratione dignis, patri rectori uel capitaneo [Stipendia et regalia corum statuet pater rector.] proponent, ipsi per se, sine habita resolutione, nihil admittent uel statuent.

Idemque pater rector ipsorum stipendia et regalia, ne (ut subinde fit) subditi grauentur, moderabitur ac præscribet.

### **De cancellaria et scribis ac notariis huius capitaneatus**

[§.71.] Vt multis querelis ex defectu bene ordinatæ cancellariæ [Vnus tantum pro toto capitaneatu sit cancellarius cum aliis iuratis scribis aut notariis substitutis si opus fuerit.] occurratur, penes patrem rectorem esse volumus, unum cancellarium pro toto capitaneatu assumere et constituere cui substituti possint in singulis territoriis uel districtibus, ubi opus foret, alii iurati scribæ aut notari legitima authoritate creati.

[§.72.] Cancellarius postmodum ille, omnium iudiciorum acta, instrumenta, testamenta, dominorum et superiorum [Præstanda a cancellario et substitutis notariis seu scribis.] resolutiones, commisiones, et edicta, loco destinato, uel destinando, sedulo conseruabit. De mulctis et poenis, in quantum ipsi de illis quid notandum uel obseruandum commissum fuerit, particulari in protocolo seu nota, exactam tenebit memoriam, ita ut eam superioribus ad omnem requisitionem exhibere possit. In qua re substitutos illos scribas et notarios, non minus sollicitos et obsequentes esse iubemus. Præsertim uero in hoc oneramus ut testamenta, contractus et quævis alia instrumenta publica, ad cancellariæ ordinarium locum, quamprimum fieri potest denuntient, et forma meliori qua possunt repræsentent.

[Nulli alteri liceat instrumenta conscribere aut confidere quam cancellario.] His exceptis nemini ulterius liceat instrumenta, [§.73.] aut testamenta conscribendia ut confidi sibi assumere facultatem in hoc capitaneatu, aut circa res in eo constitutas. Videlicet extra probatum necessitatis casum, in quo etiam, ad facti ualorem, ea quæ conscripserint uolumus quamprimum præ fatæ cancellariæ præsentari.

[Patri rectori statuet quam mercedem habere debeant.] Porro prædictorum stipendia, regalia, et mercedem, [§.74.] ne contingat ultra quam par sit subditos gravari, pater rector moderabitur et præscribet.

### **De aliis minoribus officialibus huius capitaneatus**

[Minores officiales seu executores etc. pater rector poni] Alios etiam minores officiales, executionibus subseruientes, [§.75.] quos uel quales pater rector aptiores iudicauerit, ipse constituet, ueluti *satnik* seu *præfectum* uigiliarum, nec non duodecim uel quot

uidebitur *staressinas* seu centuriones super totidem patres siue circulos populi, *duornik* siue *præconem*, custodes saltuum syluarumque, *æstimatores* censuumque collectores, et in summa omnes alios officiales, qui pro rei exigentia necessari esse possint.

[Officium eorundem] Quorum omnium officium et manus erit, ea ad quæ [§.76.] ex veteri usu obligati sunt, uel quæ successiuæ illis a patre rectore committentur et imponentur, sine respectu sedulo exegui. Idemque pater rector eorum stipendia, regalia ac mercedem secundum æquitatem moderabitur.

[§.77.] Quod si talium officialium aliquorum electione [Si electionem horum permittat pater rector populo servandum quod de iudicibus dictum est.] pater rector populo concederet: idem circa eorundem præsentationem et admissionem exclusio nemque observandum erit, quod superius de iudicibus et supanis declaratum est.

### **Quid ulterius in iudicis huius capitaneatus observandum.**

[§.78.] Iudicibus maxime curæ erit, ut in primis in forma processuum [In formandis processoribus iudices servent normam prouintiæ Carniolæ.] patres a norma et consuetudinibus provinciæ nostræ Carniolæ deflectere non sinant. Et cum nunc etiam de reformandis illius ducatus consuetudinibus et ordinibus laboretur: ab illis quando promulgati et præscripti fuerint etiam ipsi non facile deflectent.

[§.79.] In iudicando ergo, primum rationabiles et non ab [In iudicando quæ observanda] rogatas illorum locorum consuetudines, item statuta et priuilegia prouinciæ nostræ Carniolæ quæ [...] uocant, et nostra successiue promulgata generalia, ac post, his omnibus deficientibus, ius commune obseruabunt.

[§.80.] Causas omnes, ad euitandos sumptus, quantocutius [Summarie expedientem causem.] fieri potest summarie et in merito expediant friuolas exceptiones rei- ciant, et cauillationibus locum non esse sinant.

[Quid ulterius in iudiciis seruandum] Quo ordine sic salubriter introducto, amplius necessarium [§.81.] non est, et secundum uetus illud sacon siue statutum nominatum, certa tempora pro iudicandis causis nominentur et præscribantque; sed actore, quocumque tempore iudicibus competentibus et ordinariis opportuno instante, reus citadinus erit ab iisdem, vbi, auditis partibus, quod iustitia et æquitati consonum mox iudicabunt. Salua tamen, ut supra præscriptum, est appellatione. Per hoc tamen ueti- tum esse nolumus ut pater rector et capitaneus, quædam sibi tempora opportuna po- pulo denuntiare possint, quibus diuersorum territoriorum eiusdem capitaneatus iudi-

ciis et causis uacare ipsis commodius fuerit. Cæterum appellations ad se deuolutas et reliquas causas, quantocius fieri poterit, per se, uel per substitutos, saluo ulteriori iure, expedient, ut nemo se inauditum et derelictum conqueri possit.

Tradentur autem, quibus ulterius appellare concessum, appellationem prosequi voluntibus, a cancellario, alioue iudicis interueniente iurato scriba seu notario, processus iuxta dicta ac producta in prima et secunda instantia, tandem in scriptis, una cum apostolis seu reuerentialibus ad tribunal ducatus Carniolæ, in forma consueta.

[Quid in citationibus agendum] In citationibus omnia iudicia obseruabunt morem [§.82.] locorum illorum, quatenus prouinciæ Carniolæ statutis et priuilegiis non omnino sit absimilis, hactenus consuetum. Hoc tamen addentes, ut primæ quæuis citations in ciuilibus intelligentur esse premptricæ, si ad locum habitationis uel domicili præsentatas fuisse constiterit. Et subditi ad patris rectoris eiusque repræsentatum requisitionem, tam in ciuitate Fluminis quam Castuæ et quoquis alio capitaneatus loco, se se sistere, inperanda audire, et imperatis mox morem gerere omnino obligati sint.

[§.83.] In criminalibus hactenus ab antiquo introductum [Quid in criminalibus agendum] et obseruatum fuerat, et Veprinacenses et Mocshienicenses reum Castuæ præcipua residentia capitaneorum sisterent ibique illis iudicibus et supanis assidentibus simul cum Castuanis iudicibus et nonnunquam etiam conuocatis senioribus, præsidente capitaneo uel eius substituto, formato processu ius diceretur. Nos omnimode hoc non abrogantes, monitos tamen omnes huic iudicio interuenientes serio uolumus, ut has causas non præcipitent. Et cum capitaneus, uel quis alias loco patris rectoris interueniens, opportunum uel consultum iudicauerit aliquem uel aliquos ex iurisperitis, uel torturæ ad hibendæ, uel ipsi poenæ infligendæ proportionis causa adhibere, nemo reclamet.

[§.84.] Rei ante causæ cognitionem non liberentur. Et in [Rei ante causæ cognitionem non liberandi.] ferenda sententia prouinciæ Carniolæ statuta Die [...] nominata, hisque deficientibus iura communia obseruabuntur.

[§.85.] Aduocatos assumet, uel approbabit pater rector [Aduocati a pater rectore assumendi et approbandi et quantum fieri potest non extranei assumendi.] hac descretione, ne, quantum fieri possit extranei ad mittantur. Eorumdemque mercedem, ne subditi grauentur, moderabitur.

Sicut autem omnes intra huius capitaneatus fines [§.86.] [Extranei ratione bonorum subiacent capitaneatu Castuæ.] habitantes, ita etiam extra habitantes quo-sumque ratione bonorum in eodem capitaneatu situatorum, aut facti in eodem editi, obligatos volumus ad ordinarias eiusdem capitaneatus instantias; nec secus quisquam in exteris, aut a prædictis alienis tribunalibus actorem aut reum agere præsumat.

## De fuga reorum

[Quid agendum cum reis fugitiuis] Reos fugitiuos, uel quoscumque alios criminosos et inobedientes, [§.87.] in quos pater rector, capitaneus, seu substituti animaduentur iudicauerint, nemo fouebit proteget, uel ad fugam illis adiumento erit, sub pena arbitrio superiorum eorundem metienda, pecuniaria, aut corporis afflictuia, secundum excessus aut materiæ enormitatem. Minores autem officiales, uigiles, ac milites, et subditi, ad persequendas et retinendas huiusmodi personas, ad omnem superiorum requisitionem, operam suam serio præstabunt.

## De mulctis et poenis

[Mulctæ præsertim de uiolata iurisdictione taxandæ a patre rectore iuxta praxim Carniolæ] Mulctæ omnes, præcipue de uiolata iurisdictione a patre [§.88.] rectore tanquam iurisdicente et domino capitaneatus taxandæ sunt et exigendæ cui liberum erit subinde, partem aliquam iudicibus seu supanis, qui forsan concurrerunt, applicare uel concedere quo in negotio semper praxim et consuetudinem prouinciæ Carnioliae, quantum fieri potest, præ oculis habebit.

## De conuocatione populi et priuatis conuenticulis

[§.89.] Superius meminimus quam grauiter populus Castuæ deliquerit, cum per explosionem tormentorum, conspirationem et rebellionem contra commissarium nostrum et patrem [Sine expressa licentia patris rectoris nulla potest fieri conuocatio populi] administratorem capitaneatus concitare, et circum uicinos conuocare fuerant ausi. Quare serio et seuere prohibemus iudicibus et supanis ac quibusvis aliis, ne sine partis rectoris uel ius substituti expressa licentia talis conuocatio, uel alio quocumque modo conspiraciones, congregations et conuenticula fiant, sub graui nostra indignatione, et poena ad arbitrium patris rectoris infligenda.

[§.90.] Cum autem pater rector uel substitutus eius, necessarium [Pater rector potest conuocationem facere, cum omnes parere debent] iudicauerit talem conuocationem per explosionem tormentorum, uel quocumque alio modo fieri: subditis omnino parendum et conueniendum erit. Nulli temen [Quæ proponuntur populo debent approbari a patre rectore sub pena banni nemo quidquam prope(?) populo a patre

rectore non approbatum.] licebit quidpiam populo proponere, quod a patre rectore non sit approbatum; sed quæ tractanda erunt, ea ex eiusdem, uel substitutorum ipsius propositione modeste omnes expectabunt et percipient sub poena banni, aliarumque grauiorum.

### **De concursibus et tumultibus in solennitatibus, nundinis &c.**

[§.91.] In solennitate ad Beatam Virginem in Scurigne, et ad Sanctum Iacobum in (uulgo dicta) Abbatia, sicut etiam ad [Pater rector per capitaneum procurabit ac in conuersibus solennitatibus nundinis etc. fiant tumultus.] Sanctum Petrum in Polane, aliisque locis, solemnitatibus, nundinis, et concursibus, in uniuersis huius capitaneatus finibus, patris rectoris tanquam iurisdicentis erit per capitaneum suum et alias substi-tutos prospicere ne excitentur excitatosque compescere tumultus, et insolentiis ac exce-sibus uniuersis prospicere et remedium adhibere. In specie autem uigore antiquæ transac-tionis, ad Beatam Virginem in Scurigne, eodemque suo iure ad Sanctum Petrum in Polane, uetare intempestiuas chores, nundinationes et uini uenditionem, simulque prospicere, ut, finitis diuinis officiis, populus quietus recedat. Vbi [§.92.] [In publicis saltibus tam in Abbatia quam in toto capitaneatu primus saltus est domini.] autem publicæ choræ concedentur tam in Abbatia quam toto capitaneatu, ius et honor primi saltus ab antiquo est penes dominum et iurisdicentem capitaneatus, qui illum cedit cuicumque quem illo libuerit honorare.

Porro ut in nundinis mercatu, aliisque in hoc capitaneatu [§.93.] negotationibus, tam negotiatorum indemniti et quieti, ac subditorum necessitatibus et anno næ, [Negotiatorum solita uectigalia pro victualibus et mercibus ab exacturæ filialibus tum Castuæ tum Volosce sedulo accipienda et Collegio danda etc.] quam dominorum capi-taneatus iuribus et Cameræ quondam debitum uectigalibus quantum satis est prospec-tum sit: uolumus ut in quacumque uictualium merciumque tam ad ciuitatem Castuæ quam eius portum terra marique comportatione, exportatione, oneratione ac exonera-tione et negotiatione, nemo quicumque ille sit quocumque prætextu et colore, ultra molestare aut impedire audeat, uel præsumat, negotiatores aliosque, qui tum præfatis dominorum capitaneatus iuribus satisfecerint, tum solita uectigalia cameræ quondam exactoribus, siue (ut uocant) exacturæ filialibus ibidem in ciuitate Castuæ aut eius portu Collegio cessis tam pro terra comportatis quam pro mari aduectis mercibus ac uictualibus debite persoluerint. Ad quæ uectigalia deinceps sedulo accipienda et Colle-gio danda ab ibidem persoluturis, eosdem filiales obligamus; id satis imposterum fore declarantes, ut ab iis nemo ultra quidpiam exigere debeat, non obstantibus hactenus

contraris quibuscumque. Et proinde pater rector et capitaneus quemadmodum præfatis exactoribus seu filialibus brachium de more ubi opus fuerit præstituri sunt contra uectigalium cameræ quondam defraudatores: ita etiam eos qui præfata præstiterint, ab ulterioribus molestiis contra quoscumque nostus concessionibus et autoritate protegent ac defendant.

### **De capitaneatus huius terminis ac iuribus Collegio Societatis Iesv in eo competentibus**

His ita sancitis, ad annuas præstationes seu urbarium descensuri ab huius capitaneatus terminis, ac iuribus in eo Societati Iesv collatis et Collegio Fluminensi competentibus initium sumamus.

[§.94.] Inprimis ergo huius capitaneatus Castuæ terminos et confines eos constituumus, quos hactenus nostri nostrorumque antecessorum [Termini capitaneatus Castuæ constituuntur.] diuersis temporibus deputati commissarii legitime recognitos designarunt et conscripserunt, quosque ex ueteribus, recentibusue scripturis ac indubia senum memoria denuo per deputandos a nobis commissarios recognosci, ac ubi opus fuerit renouari debitoque ordine conscribi, sic demum conscriptos tanquam hic a nobis expressi forent ab omnibus pro ueris indubitatisque capitaneatus Castuæ terminis ac finibus haberi obseruarique uolumus et mandamus. Iisdem terminis hinc, qua maris littoribus describuntur ipsis comprehensum aut adiacentem districtu maris incorporantes; inde uero aquam Recinæ, [§.95.] [Datur aqua Recinæ et ius pictionis aliorumquæ aquæ usuum] qua secundum terminos Castuæ decurrit, quod pictionis molarumque in ipsis erectarum erigendarumque ac aliorum aquæ usuum ius (quod æque ad nos nostrosque antecessores ratione eius capitaneatus pertinuisse agnoscamus et præfato Collegio contulimus) eisdem adnumerantes.

Deinde secundum eosdem totius capitaneatus uniuersos [§.96.] [Confertur iurisdictio omnimodo patri rectori etiam in abbatia Sancti Iacobi quam habuit Cæsar, exceptis steuris fodinis, et similibus quæ sunt propria terræ principis regalia.] fines, eiusdem Collegi rectori cessimus, cedimusque et conferimus iurisdictionem omnimodam, comprehenso quo ad hanc etiam circulo dicto vulgo Abbatia Sancti Iacobi. Tum dominium et proprietatem omnium tam subditorum quam rerum, quæ ad nos nostrosque antecessores intra eosdem terminos quacumque ratione uel titulo, aut extra eos ratione dicti capitaneatus de iure, antiquitate et consuetudine spectabant uel in futurum spectasse aut spectare reperientur; ut quicquid etiam nos et antecessores nostri nobis ratione huius capitaneatus et domini quacumque in eius parte, aut quacumque in re,

quomodolibet unquam reseruauimus, nulla re excepta (præter solummodo steuras solitas, fodinas et huius modi propria terræ principis regalia et præminentias) eas reseruationes rectori Collegi omnimode conferendo. Eundem [§.97.] [Datur realis possessio et libera Moschienizze, Veprinaz, Castuæ, Bergud, Preluca, Volouska, Icichi, aqua et sylua Recinæ, Lopazhis(?) etc. cum omnibus habentiis et pertinentiis ac iuribus.] rectorem pleno iure et præminentia nobis substituentes in possessionem realem et de cætero liberam castri seu ciuitatis Moschienicze, Veprinaz et Castuæ, cum tractu Bergud, Preluca, Volouska, Icichi, cæterisque circum littoribus, portibus, et maris districtu; fluo ac sylua Recinæ cum Lopazhis, Drenouo, Scurigne, Plasse, itemque Polane &c, cum aliis undique corum dominiorum quomodolibet nominatis circulis, et cum omnibus eo partinentibus superioritatibus, iuribus, iurisdictionibus, dominationibus, [...] emphiteutis, subditis, seruitutibus, rabotis, redditibus, censibus, prouentibus, fructibus, agriculturis, teloniis, portoriis, uulgo arboragiis, et tam indigenarum quam extenorum negotiationibus, ac uictualium quorumcumque, merciumque in terra et maris portibus oneratione et exoneratione, aquis, campis, agris, pratis, pascuis, communalibus seu communibus, fundisque et terris cultis et incultis in montibus et uallibus, et campis; aucupiis, uenationibus, piscationibus, aliisque regaliis præminentii, et prærogatiis, syluis denique et lignis, ac aliis quibuscumque. Ex quibus omnibus sæpe memoratus rector et Collegium possit querere et capere emolumentum, utilitatem ac fructum, uendendo et terra marique distrahendo, et extrahendo, ac quocumque modo agendo et tractando, quo nos et antecessores nostri uendere, distrahere, extrahere et tractare poteramus, absque ullo nostro, hæredum et successorum atque cameræ nostræ impedimento aut contradictione. Non obstantibus contrariis quibuscumque tempore

## De præstationibus annuis huius capitaneatus dominis debitibus

Quicumque bona possident intra prædictos fines capitaneatus [§.98.] Castuæ, Veprinacz et Moschienicze, siue intra eos, sive extra [Omnis habentes bona intra fines capitaneatus tam intra quam extra habitantes nullo excepto qui singulare exemptionis suæ priuilegium non ostenderit] habitent, cuiuscumque sint conditionis et status, etiam ecclesiastici, beneficiati, et confraternitates, nullo excepto qui singulare exemptionis suæ priuilegium exhibere non poterit, tenentur de iis bonis domino capitaneatus, modo (ut declaratum est) Collegi Fluminensis Societatis Iesv rectori, in ipsis prædictorum dominiorum locis pendere et præstare sequentia.

[Debent dare decimas agnorum uini, frumenti, leguminum, et omnium seminatiorum, ac mellis.] Decimam agnorum et hædorum, uini, omnis generis [§.99.] frumen-

ti et leguminum, denique omnium seminatorum tam autumni quam ueris temporibus, mellis etiam seu alueariorum, uti hactenus apud Moschienicenses observatum. Quæ singula suis quisque temporibus a patre rectore præscribendis ad loca ab eodem destinata, etiam ad mare ubi iusserit, deferent illaque ab eo constitutis non alteri consignabunt.

Et quia, ut relatum est, ab aliquot annis a multis inchoatum [§.100.] et præsumptum fuerat, postpositis, imo extirpatis uitibus [Moschienientibus non licet plantare olivas in præindictum decimæ uini.] olivas inserere seu plantare, ita ut fundi decimæ subiecti, dominio seu decimarum dominis hinc inde facti fuerint infructuosi. Nos huic subditorum licentiæ privatæ et audaciæ occurrentes, hoc statutum volumus, ut quando indicauerint utilius sibi fore extirpatis uitibus seu postpositis oliuas plantare, ad patrem rectorem uel capitaneum illius [Si loco uitium oliuas plantent, tenentur dare decimam oliuarum, uel conuenire cum patre rectore.] recurrent, et secundum illorum iudicium fundum gubernent, et si aliquando quibuscumque licentia concessa fuerit po uitibus oliuas plantare, omnino obligati sint quamprimum arbores oliuarum fructiferæ factæ fuerint, uel decimam, uel prout cum superioribus conuenire poterunt illius loco aliquid certi præstare. Similiter qui hactenus extirpatis uitibus oliuarum plantatione in damnum decimarum notabiliter excessisse deprehendentur, cum iisdem conuenient.

Steuras seu censuum pecuniam, illis in locis Bir, Marke, Straxe, [§.101.] [Sturæ, Bir, Markem, Straxem ab omnibus sunt pendenda patri rectori tempore ab eodem determinando.] nominatam, pendi solitam ratione eorum quæ quisque possidet, quibusque fruitur, ut domorum, fundorum, molendinorum tam recinæ quam aliorum, pascuorum, lignationis, ac usus reliqui territori. Quam iuxta æstimationem et taxam, habita prædictorum certa proportione a iuratis fieri solitam (post hac a patre rectore consuetudinis) circa festum Sancti Martini, uel quando pater rector hoc a subditis præstari posse iudicauerit, quilibet uel ipsi patri rectori tanquam legitimo domino ad quem spectat hæc pecunia, uel ab eo constitutis tradet.

[§.102.] Porro sicut prænominatas ordinarias contributiones Bir, Marke, Straxe, nemo colliget aut taxabit nisi [Contributiones extraordinarias nemo imponet sine licentia et taxa patris rectoris.] a patre rectore constitutus. Ita etiam harats seu contributiones extraordinarias, subinde pro necessitatibus communibus aut capitaneatus fieri solitas, nec iudices nec supani nec quis alias populo imponet sine patris rectoris licentia, et taxæ moderamine; nec ea harats pecunia nisi ex eiusdem directione et mandato atque per constitutos ab ipso colligetur et exponetur.

[§.103.] Duos unusquisque dies ad minimum per annum, et qui [Quiuis duos dies per annum ad minimum etiam cum iumentis qui illa habent, imperdet frustra in labores pro dominis capitaneatus] melioris fortunæ fuerint etiam plures, dominis capitaneatus tam pro metendo et convehendo fæno in ipsorum pratis, quam pro aliis quibuscumque

necessitatibus, ubi et quando iusserint, operam suam, etiam cum iumentis qui illa habent, non requisita solutione, et proprio quisque suo sumptu non grauate impedent.

[§.104.] Litteras dominorum de loco ad locum intra capitaneatus [Subditi tenentur gratis portare litteras dominorum de loco ad locum intra capitaneatus fines.] districatum, et extra ad arces et loca capitaneatui confinia libenter et uigilanter ac gratis portabunt; sed si ulterius necesse fuerit, id facient cum recognitione iuxta patris rectoris discretionem accipienda.

[§.105.] Piscantes in Preluca, more ulteri, quartam piscium [captorum] partem, [Piscantes in Preluca quarta piscium partem pendere debent] uel certum quid, prout cum patre rectore conuenire poterunt, dabunt et persoluent. Sciantque sine hac præstatione conuentione nemini ibi ius piscandi competere.

[§.106.] Habitantes in capitaneatu ex quoouis suo, exteri [Ex transeunte per territorium grege quoouis ouium uel caprarum datur caseus unus.] uero ex quoouis per territorium transeunte grege caprarum uel ouium, dominis capitaneatus caseum in tempore, ut antiqui iuris est uænum ducto grege, æque ueteri usu, eundem capitaneatum et dominum porco, aut aliqua gregi proportionata re recognoscent.

Ad pensiones, quæ hactenus nomine regalium, ueluti [§.107.] avenæ, lignorum et fæni, capitaneatus dominis præstabantur, et a Moschienicensibus et Veprinaczensibus, quod libenter audiuimus, fideliter semper contributæ sunt, obligamus uirtute huius, secundum iustum tamen proportionem, etiam Castuenses; qui eas uel more [Subditi in Bergud ex qualibet hueba debent dare unum currum foeni.] aliorum ad mare et ad constitutorum manus deponent, uel quoouis alio modo super his cum superioribus iisdem tractabunt et convenient. In specie autem subditi in Bergud, quotquot illorum erunt, ueteri more, ex qualibet hueba siue fundo, unum currum fæni contribuere obligati sunt.

Alias postmodum recognitiones et præminentias [§.108.] [In distributione communalium, pascuorum, uenationum etc. debet recognosci dominium.] ueluti ex distributione communalium [siue communium] fundorum, pascuorum, syluarum, seu lignationum, collectura castanearum, uenationum, piscationum, et porteriorum siue arboragiorum, tam hactenus ab antiquo præstitas, quam dominis iure et nostri ducatus Carnioliae more competentes, patri rectori et successoribus ipsius omnino conseruamus et deberi uolumus, neminem, quocumque prætextu niteretur eximentes.

[Fundi triennio non laborati cadunt domino.] Fundi qui triennio non laborati sed derelicti fuerint, [§.109.] dominis capitaneatus aperti esse intelligentur, ita ut possessores eorum omnino obligemus eos uel dominis cedere, uel aliter cum iisdem conuenire.

[§.110.] Et demum decedentium sine liberis legitimis naturalibus, [Cadunt domini prata decedentium sine liberis legitimis.] prata eorundem capitaneatus dominorum

potestati et dispositioni, ueteri iure cadunt, sic tamen ut relictæ uiduæ usui, durante uiduitate et uita duntaxat, si etiam honestate uitæ id mercatur, concedi possint.

[§.111.] Denique Sancti Iacobi uulgo dicta Abbatia, utpote capitaneatui [Abbatia Sancti Iacobi regalia ab antiquo Castuæ dari solita etc. imposterunt etiam pendet.] Castuæ, eiusque iurisdictioni in temporalibus subiecta, omnia iurisdictioni annexa, et ab antiquo Castuæ dari solita regalia pensiones, seu recognitiones, etiam in posterum pendet; patrem rectorem eiusque substitutos nostris concessionibus pro territorii iurisdicentibus et protectoribus benevole agnoscendo.

### **Observanda ulterius circa annuas præstationes**

Decimas primæ messis usque ad Sancti Bartholomæi, secundæ [§.112.] usque ad Sancti Andreæ, vini ad Sancti Martini, pro ultimo [Terminus statuitur decimarum persoluendarum] termino hisce declarato. Agnorum et reliquorum, ad denique census, suo tempore qui non tulerit dederitque iuxta patris rectoris arbitrium iure mulctabitur. Qui uero in fraude deprehensus fuerit, luet in capitali decimæ defraudatæ aut aliter ad patris rectoris arbitrium. Et hoc eodem modo procedere posse uolumus etiam contra eos, qui ordinarie intra fines capitaneatus non habitant.

In potestate patris rectoris erit de decima iuste persoluenda seu persoluta a quo quis iuramentum accipere, aut per missos iuratos officiales decimam cuiusque in uineis aut cellariis, et in campis aut horreo recognoscere et notare.

Danda uero est decima de melioribus tam uino [§.113.] [Danda est decima de melioribus.] quam frugibus; secus factum si fuerit, liceat dominis et substitutis ipsorum, quod portatum fuerit respuere, et subditos ad præstandum quod proportionate ex quo quis fundo suo optimum Collegarunt urgere.

[Nemo uindemiabit ante proclamationem.] Nemo uindemiabit ante proclamationem mandato [§.114.] superiorum faciendam, sine speciali licentia, sub poena.

Nemo uinum uendet, aut cauponariam ex uino [§.115.] [Non licet uinum uendere ante integre persolutam decimam] nouo seu musto exercebit, neque uuas ad permutationem (uulgo magna dictam) dabit, aut aliter eas extrahet, ante integre persolutam decimam, nisi licentia scripto obtenta, sub poena.

Vinum dominorum decimale, tam Castuæ quam [§.116.] [Vinum decimale tam Castuæ, quam Moschienize et Veprinaz uendetur libere quocunque tempore et pretio quo potest maximo.] Moschienicze et Veprinacz, uendetur libere quocunque tempore, domi forisque per capitaneatum, pretio quo potest maximo; et exponentur tam per

minores, quam per maiores mensuras et summas, tum domesticis, tum externis. Eius uero prædicta uenditio et expositio sicut hactenus ab antiquo, ita in posterum, nulli erit oneri, impositioni, exactionique, siue cameræ nostræ, siue prouinciaæ, siue alteri cuicunque subiecta, tanquam peculiariter ab antiquo ius et præminentiam nostram repræsentans. [Dum uenditur uinum decimale, nemini licet uendere sub poena librarum 50 et totius uini expositi ammisione. Idque in omnibus tribus castellis.] Et dum illud uinum publice uenale [§.117.] exponetur, nemini alteri uinum quacumque ratione ibidem uenale exponere licebit, sub poena seu mulcta librarum quinquaginta pecuniaæ et totius uini expositi, uel prout pater rector iudicauerit(.) idique tam Castuæ quam in Veprinacz et Moschienicze.

[§.118.] Quod communalia seu communes fundos, sylvas, et pascua, iudicibus et supanis ac aliis quibuscumque serio [Nulli licet quid piam de communalibus distribuere sine licentia patris rectoris; nec sibi partem ullam usurpare el claudere] præcipimus, ne se amplius in eorumdem distributionem immisceant, nisi quatenus patri rectori el capitaneo pro horum executione subserient. Præcipimus item uniuerso populo, ne ullus sine patris rectoris licentia [et cum ipso facta conuentione], ullum communale siue commune, aut pascua, syluarumque partem ullam, sibi usurpare aut claudere præsumat. Et qui in hoc notabiliter hactenus excessisse depræhenderentur, talia usurpantes sine facta cum dominis capitaneatus conuentione in potestate patris rectoris erit, eos ad illa aperienda, aut ad secum conueniendum, urgere. Et quia [§.119.] [Permittitur subditis lignatio pro foco et uineis ipsorum non autem uenditio aut distractio eorundem, quæ soli patri rectori competit.] lignatio subditis pro foco et uineis ipsorum solummodo ab antiquo permittitur, non autem pro mercatura, ideo similiter serio cautum uolumus ne ullus e sylvis capitaneatus ligna diuendere præsumat. Quod ius diuendendi et terra marique distrahendi ac extrahendi, soli patri rectori, cui id absolute cessimus, competere declaramus.

[§.120.] Sicut in Preluca, sic in Recina, sine patris rectoris [Nemini licet piscari in Preluca nec Recina] licentia et cum ipso facta conuentione, nemini piscari licebit.

[§.121.] Idem de uenationibus et aucupiis uentitis uel [Nec uenationes nec aucupia licent ulli] a patre rectore uetandis, intelligendum est, ut sine ipsius licentia et cum ipso facta conuentione nemini liceant.

[§.122.] Nemo carnes uendet extra loca præfixa nec nisi pretio de more per æstimatores ad is destinatos [Carnes uendatur loco præfixo et pretio per æstimatores destinato, idque] constituto, sub poena librarum uigintiquinque pecuniaæ [Sub poena librarum 25. Et primæ in emptione deferentur patri rectori et capitaneo.] ac ulterioris castigationis et primæ in emptione eodem ueteri more, deferntur patri rectori et capitaneo, tum parocho et reliquis ordine dignitatis.

Eundem ordinem obseruabunt piscatores; Qui [Idem præstabunt piscatores in Preluca et Volouska, qui aliquam piscium partem tenetur Catuæ in foro uendere.] piscantes in Preluca et Volousco, ueteri usu obligantur partem aliquam in foro Castuæ uenalem exponere pretio competenti.

### **De cæteris huius capitaneatus subditorum operis, excubiis, et militia.**

Præter statas certas operas debitas domino, superius [§.123.] [Omnes subditi tenentur operam suam manibus et iumentis præstare pro munitione et commeatu bellico.] præscriptas, tenentur etiam omnes huius capitaneatus Castuæ subditi; operam manibus et iumentis suis præstare pro munitione et commeatu bellico, quoties necessarium fuerit conuehendo; nec non ad elaboranda, congreganda, et comportanda materialia pro fabrica necessaria, et reparatione propugnaculorum, arcis habitationisque domini et murorum Castuæ, Veprinacz et Moschienicze, ac aliorum publicorum locorum, uiarumque.

[Ad venationes teneatur comparere abisque mercede.] Ad noxiarum item ferarum, tum ad leporum et [§.124.] similes ueniationes generales a domino subinde indicendas eadem ratione prompti et absque prætensione ullius mercedis concurrent.

[Excubire ad portas diu noctuque] Bini, terni, quaterni, et pro necessitate plures diu [§.125.] noctuque ad portas, et ubi opus fuerit, excubias agent, simul ad alia domini obsequia parati.

[Belli tempore per omnia militari lege suberunt capitaneo ordinario huius capitaneatus] Belli tempore per omnia militari lege, capitaneo [§.126.] ordinario capitaneatus huius suberunt, ad lustrationes et extraordinarias uigilias et custodias, aliaque militaria exercitia prompti. Qua in occasione solitis et occurrentibus prouisionibus et necessitatibus non deerunt.

### **De obseruatione harum constitutionum; deque refundendis expensis per subditorum inobedientiam in hoc opere confiendo cautatis**

[§.127.] Hac itaque sunt, quæ imposterum a subditis et districtualibus capitaneatus Castuæ, Veprinacz et [Imponitur omnibus subditis obseruatio harum constitutionum seuerissima.] Moschienicze aliisque suprascriptorum tenore comprehensis, inui-

olabiliter obseruari, et sub disgratiæ nostræ graui pondere obsequentissime præstari uolumus. Omnibus uniuersim et singulis, contra prædicta quæcumque, et hanc nostram seriam firmamque uoluntatem et sanctionem, inhibentes omnem contradictionem ulterioremque recursum, nec non silentium perpetuum [Iniungitur ducatus Carnioliae magistratui et capitano ut hæc statuta seruent inuiolata et tueantur.] indicentes. Simul nobis subiectis magistratibus, præsertim ducatus Carnioliae, eiusque capitaneis serio præcipientes ut hæc statuta inuiolata seruent ac tueantur, eorumque uigori et executione mediis omnibus opportunis, rectoribus sæpe nominati Collegi Fluminensis Societatis Iesu efficaciter assistant, in impugnatores refractariosque seuerissime animaduertentes.

Demum condemnamus Castuanos aliosque Moschienicze [Condemnantur ad expensas Castuani] reos subditos ad refundendas eidem Collegio Fluminensi expensas per inobedientiam et arrogantiam ipsorum in confiendo hoc opere causatas, prævia liquidatione taxandas.

In quarum rerum fidem, diploma hoc nostrum sigillo nostro maiori et secretioni corroborari et muniri iussimus. Datum Græci in Styriæ metropoli nostra, die uigesima prima marti, anno Domini [21.III.1635] millesimo sexcentesimo trigesimo quinto, regnorum nostrorum Romani decimosexto, Vngarici decimo, septimo, Bohemici uero decimoctavo.

Commissario sacræ Cæsareæ Maiestatis in consilio

Balthasar Gäller Baro, ex<sup>si</sup> reg<sup>is</sup> vice præses

(?) Casparius a Dornsperg, cancellarius

Ioannes Baptista Panizzol liber baro

Zacharia Wintter I. V. D.

[...]

Nos Ferdinandvs Secvndvs, divina fauente clementia, Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniæ, Vngariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. rex, archidux Austriæ, dux Burgundiæ Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, et Witembergæ, [§.128.] comes Tyrolis et Goritiæ &c. Recogniscimus retroscriptum [Ferdinandus secundus retroscriptum diploma et statutum quod omnia et singula confirmat et approbat] statutum, et diploma nostrum, Græci die uigesima prima marti proxime elapsi expedิตum, eique manus nostræ propriæ subscriptione robur inuidabile addere gratiose dementerque uolentes, hac nostra perpetuo ualitura constitutione inprimis omnia et singula in eo contenta omni meliori uia [modo] ac forma qua possimus et debemus eatenus confirmamus et approbamus, ut quibuscumque iuribusque rectoribus Collegi

Fluminensis Societatis Iesv tamquam eius capitaneatus Castuæ dominis proprietariis, aut alias quomodolibet competentibus, si quæ uel omissa, uel minus expressa forent, aut si quibus in dicto statuto(.) quomodolibet prædicatum uideri posset, nihil præiudicatum derogatumue esse uelimus(.) Cæterum non obstantibus iuribus, consuetudinibus, et statutis, siue publicis, siue prouincialibus, nostris antecessorumque nostrorum decretis, indultis, priuilegiis, immunitatibus, regalibus, iurisdictionibus, superioritatibus, inhibitionibus, exemptionibus, indemnitatibus, relaxationibus, institutionibus, interpretationibus, exceptionibus, cæterisque contrariis quibuscumque; quibus quatenus præfato statuto et diplomati nostro contraria sint, catenus harum tenore gratiose dero-gamus; omnes defectus, si qui in eodem condendo intercessissent, [§.129.] clementer supplentes; quin imo si quæ in eo [Iubet dubia occurrentia in fauorem Collegi interpretanda.] dubia occurrerent ea in fauorem prædicti Collegi interpretanda decerimus(.) Ac demum subditis capitaneatus Castuæ; aliisque in eodem diplomate comprehensis sub grauissimæ indignationis nostræ comminatione præcipimus, nostrisque [Imponit sub grauissima indignatione omnibus magistratibus ut præfata omnia seruent et tueantur ac defendant.] prouinciarum Interioris Austriæ magistratibus et capitaneis, nec non cameræ nostræ ministris quibuscumque serio ac districte mandamus, ut prædictum statutum et diploma nostrum omniaque et singula in eo contenta in perpetuum firma, stabilia, et inuiolata seruent ac tueantur, iisque præfatum Collegium eiusque rectores pacifice frui sinant; magistratus uero iidem et capitanei nostra autoritate contra quos-cumque protegant, defendant, executionique assistant in transgressores refractariosque seuerissime animaduertentes(.) Ad quod etiam clarissimos hæredes et successores no-stros amanter hortamur et requirimus. In quorum omnium et singulorum plenam, inuiolabilem, certam et indubitatem fidem hac omnia sigillo nostro hactenus munita, manus nostræ propriæ subscriptione corroboravimus. Datum in ciuitate nostra Viennæ die decima mensis aprilis, anno domini millesimo sexcentesimo trigesimo quinto, re-gnorum nostrorum Romani decimo sexto, Vngarici decimo septimo, Bohemici uero decimo octauo.

Ferdinandus.

Iohanni Baptista comes de Verdenberg

Ad mandatum Sacra CæsareæMaiestatis proprium

Casparus Frei

Et nobis humillime supplicatum fuerit, quatenus huiusmodi [§.130] fundationis, donationis, statuti et vrbari [Ferdinandus Secundus hoc ipsum diploma quoud singula approbat confirmat et innovat] privilegia, et litteras, omniaque et singula in eis conten-ta approbare, confirmare et innovare de benignitate nostra dignaremur. Nos qui iusta

parentum uota libenter amplectimur, nec non eorum, qui suis precibus vota quoque nostra apud Deum omnipotentem iuuare et promouere possunt, attentes eiusdem Societatis sinceræ devotionis affectum, et laudabilem vitæ ac religionis observantiam cum ob eas causas, tum præcipue ob diuini cultus augmentum, qui in eadem Societate continuo peragitur, animo deliberato, ex certa nostra scientia, et sano accedente consilio, et imperiali et archiducali authoritate nostra, præinserta omnia et singula donationis et fundationis priuilegia, et litteras præfato Collegio Fluminensi concessa, et concessas, ac omnia et singula in iis contenta, et superius descripta, in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis et continentiis, nominatim uero rubricæ, de concursibus et tumultibus in solennitatibus etc. paragraphum qui sic incipit. In solennitate ad Beatam Virginem etc. et rubricæ de capitaneatus huius terminis etc. paragraphum. Deinde secundum eosdem totius capitaneatus fines, prout recte et legitime processerunt, approbauimus, ratificauimus, confirmauimus et innouauimus, et tenore præsentium approbamus, ratificamus, confirmamus et innouamus, eisque uim robur, et authoritatem nostram impertimur.

[§.131] Decernentes ea omnia et singula, perpetuum robur et firmitatem obtinere intra et extra iudicium, supplentes [Vetat ne ullus nos molestare, aut contra præfata facere quid piam præsumat.] eadem authoritate nostra imperiali et archiducali (edicto statuentes) omnes et quoscunque defectus, si qui in præmissis, quoquis modo interue- nissent, aut dici et allegari possent. Hoc nostro imperiali et archiducali edicto statuen- tes ne quispiam princeps ecclesiasticus et sacerdotalis archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, baro, dominus, nobilis, miles, cliens, capitaneus, vicedominus, præfectus, castellanus, locumtenens, burgimagister, iudex, magistratus, consul, civis, com- munitas, vniuersitas, ac præsertim, tam iustitia, quam cameræ nostræ interioris, uti et militiae, magistratus, minister et officialis, seu alii hominum quicunque in quacunque dignate, officio, aut statu constituti, præfatum Collegium, eiusque Societatem in ciuitate nostra Fluminensi, illorumque successores in huiusmodi litteris et priuilegiis do- nationis et fundationis, contra has nostras confirmationis, ratificationis, et approbatio- nis litteras impedire, seu molestare præsumant, quoquis, quæsito colore seu prætextu, quia potius in eisdem, nostro nomine, et nice tueantur et mutueneant, et a quibusuis grauaminibus seu oppressionibus defendant, omni contradictione, et impedimento ce- ssante.

Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ approbationis, [§.132] ratificationis, con- firmationis et innouationis, decreti, suppletionis, edicti, uoluntatis et gratiæ paginam infringere, [Statuitur in perturbatores et contrafacentes præter Cæsarist grauissimam indignationem poena marcharum 40 auri puri.] aut ei quoquis ausu temerario contrarie. Si quis autem id attentare præsumperit, is præter nostram, et successorum no-

strorum indignationem grauissimam, poenam quadraginta marcharum auri puri, toutes quoties contrafactum fuerit, se nouerit ipso facto incurrisse, quarum medietatem fisco, seu ærario nostro, reliquam uero partem præfato Collegio, eiusque Societati decernimus irremissibiliter applicandam. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, et sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in ciuitate nostra Viennæ, die prima mensis aprilis, anno domini millesimo sexcentesimo trigesimo septimo, regnum nostrorum Romani primo, Vngarici duodecimo, Bohemici uero decimo.

Ferdinandus

Ioannes Matthias Prikelmair(?)

Ad mandatum sacræ Cæsareæ Maiestatis proprium

Casparus Frei.

Atque ideo nobis pariter demisse supplicauerit, quatenus [§.133] prædicta fundationis, donationis, statuti et vrbari [Leopoldus primus approbat, confirmat et innouat hoc ipsum diploma quoad omnia et singula in eo contenta.] priuilegia et litteras, nec non omnia et singula in eis contenta, authoritate nostra Cæsarea et archiducali approbare, confirmare et innouare nos quoque dignaremur.

Nos, qui iusta antecessorum nostrorum intentiones et uota libenti omnino amplectimur, et eorum qui precibus suis quotidianis nos Deo commendant, commoda promouere desideramus, attentes simul eiusdem Societatis singularem in nos deuotionem, nec non præclararam, et vitæ, et religionis obseruantiam, animo deliberato, et ex certa scientia, sanoque accedente consilio, et ex plenitudine potestatis nostræ, præinserita omnia et singula donationis et fundationis priuilegia, et litteras ab antecessoribus nostris, præfato Collegio Fluminensi, et successoribus suis concessa et elargitas, cum omnibus in iisdem contentis, quantum in reali et actuali possessione eorum hucusque fuerunt, uel pro tempore existunt, et nos de iure uel consuetudine confirmare possumus, in omnibus suis punctis, articulis, clausulis, sententiis, et continentiis, quibus hactenus gauisi sunt, generaliter et specialiter approbauiimus, ratificauimus, confirmauimus et innouauimus, et tenore præsentium approbamus, ratificamus, confirmamus et innouamus, eisque uim, robur, et autoritatem quoque nostram impertimur. Decernentes et omnia et singula in ulteriore perpetua firmitate et ualore intra et extra iudicium quorumcunque locorum esse, atque imposterum ita permanere debere, supplentes insuper eadem authoritate nostra omnes quoscunque defectus.

[§.134] Expresse statuentes et præcipientes, ne quisquam fidelium [Prohibet omnibus et singulis ne nos molessent aut contra præfata quidpiam facere præsumant.]

subditorum nostrorum spiritualium et sæcularium, cuiuscunque dignitatis, status, gradus seu offici, sæpenominatum Collegium, et eius Societatem in ciuitate nostra Fluminensi, illisque successores, circa præscripta priuilegia, [Imponit ut nos tueantur et defendant.] donationem, fundationem, et alia iura sibi competentia, impedire, turbare, aut contra hanc nostram confirmationem et approbationem molestare præsumat, sub quoquis modo seu prætextu, sed posius in iis nostro nomine tueatur, et manuteneat, et a quibusuis oppressionibus, et grauaminibus defendat non obstantibus quibuscumque.

Atque id circo nulli omnino hominum liceat hanc approbationis [§.135] [Statuitur in perturbatores et contrafuentes, præter grauissimam Cæsaris indignationem poena marcharum 40 auri puri] et confirmationis nostræ paginam infringere, aut ei quoquis ausu temerario contraire. Si quis autem id uel simile quid attenare præsumperit, is præter nostram et successorum nostrorum grauissimam indignationem, et poenam illam quadraginta marcharum auri puri, in priore diplomate clarius expressam, toties quoties, se nouerit ipso facto irremissibiliter incurrisse, quarum medietatem fisco, seu ærario nostro, reliquam uero partem sæpedicto Collegio Fluminensi, applicandam decernimus. Harum testimonio litterarum, manu nostra subscriptarum, et sigilli nostri imperialis appensione munitarum. Datum in ciuitate nostra Viennæ die decima mensis iuni anno millesimo sexcentesimo sexagesimo [1661] primo. Regnorum nostrorum Romani tertio, Vngarici sexto, Bohemici uero quinto.

Leopoldus

Ioannes Ioachimus comes à Sinzendorff,

Ad mandatum Sacræ Cæsareæ Maiestatis proprium

G. Schidenitsch

Præmissas copias ex originali libro priuilegiorum Collegi Societatis Iesu Fluminensis exceptis postilis in margine discriptis aliena manu mihi fidi digna extractas cum eodem originali de verbo ad verbum fideliter contuli et quia concordare inueni in fidem subscripsi Felix Barcich publicus (?) imperiali authoritate notarius S.S.S. confirma manu propria(?)

Nos Ioanni Petrus ab argento libero barone sacro Romano Impero eques sacræ cesaræ maiestatis consilis eiusdemque capitanis Fluminensis et Tersati; fidem facimus, et attestamur quorum interest universis, supradictum dominum Felicem Barcich esse tam, qualem se facit publicus sacra imperiali authoritate

Notarium, cuius scripturis et instrumentis hic et ubique plena fides adhiberi (?)  
Datum Fluminense Sancti Viti 6 iuli 1680.

## I.2.

Graz, 2. travnja 1646.

*Darovnica grofice Ursule von Tanhausen, rođene barunice Hollenegg, kojom isusovač-kom kolegiju u Rijeci daruje ukupno 36 000 guldena za podizanje isusovačkoga Sjemeništa sv. Ignacija u Rijeci*

### **HR-DARI-273. Zbirka isprava. I. 32**

Wir Ursula gräffin von Thanhausen geborne von Hollenegg, als des hoch und wogebornen herrn Baltaser graffens von Thanhausen, der Römisch khayserlichen mayestät etc.

gewesten gehaimben rath, cammerer und obrister erblant jagermaister der Innerösterreichischen fürstenthumben und landten, auch des hochen erzstifts Salzburg erbtruchsäss etc. nunmehr seiligen nachgelassene frau Wittib. Thue im name der allerheiligen unzertheilten dreifältigkeit, Gott Vatter, Sohn und heiliger Geist, hiemit gegen meniglichen bekennen und bezeugen, demnach bewust, das zu vortpfanzung unserer wahrn allein seilmachenden catholischen religion, und des gemainen sowoll geistlichen als weltlichen wesens aufnemmen, auch all anderer khünsten und gueten siten beförderung sich das studium liberalium artium am allermaisten fürträglichien, so notwendigist befündet. Nun aber es die tägliche erfahrung bezeuget, daß dergleichen qualitates und tugenten verderist aus der herrn patrum Societatis Jesu habenden academiis et gimnasiis herfür entspringen. Als habe ich hierauf und in erwegung dessen, aus innerlichen antrib, wolbedachten freien aignen willen, auch bei gesundter vernunft und leibsstärkhe, bevor ab weges promovierung göttlicher ehre mich entschlossen, in der statt zu St. Veith am Pflaumb zu hilf des von mir auferbauten Collegi ain seminarium under dem titl des Heiligen Ignati stifters obernanter Societet Jesu zur underhalt der jugendt, so von benanten herrn patres Societatis Jesu in tugenten, gueten siten und freienkhünsten underwisen und auferzogen werden, de novo zu stiftten. Welches ich dan hiemit in optima forma instituire aufrichte und mit genugsamber fundation auf folgende weiß dotire und begabe. Und erstlichen zwar, die völlige sorg, das erstgedachte semminarium zuerbauen, die jugendt reglen fürzuschreiben, dieselbe aufzunemmen, zubehalten und ausgewissen ursachen widerumb zuentlassen, ubergibe ich allein den obbemelten Societet Jesu mit völligen gwalt das ienige zu administrirn verwalten und zuverpflegen. Also zwar und dergestalt, dass sich, alle meine erben, wie auch alle andre, so sich, es sein gleich under ainen schein oder prætext, wie er immer wolle, in diese administration ut dominium proprietatis dieser fundation einzumischen understun-

den, hiemit allerdings hievon ausgeschlossen haben will. Zum andern so schenckhe und gibe ich zu diser obangeregten fundation, auß dem mir aigenthumblich und niemand anders gehörigen gelt vierzechentausendt gulden reinisch, welche zur löblichen landschafft in Crain, oder wo es die Societet nach ihren guetachten vermaint gegen raichung des jährlichen interess als sechs percento sollen depositiert und nidergelegt werden. Drittens, so gib und schenckh ich hierzue noch andere zechentausendt gulden, doch dergestalt, daß mit disen gelt äkher und andere grundstuckh, oder dem Collegii Fluminensi nachent ligende güetter, auß welchen sie ihre jährlichen nuzen und promben zuverhoffen haben, sollen erkhaufft werden. Viertens, so ubergibe neben disen allem mehr erholter Societatis Jesu durch dero herrn pater rectorem zu St. Veit am Pflaumb, noch andere sechstausendt gulden welche noch anno 1629 ersten monaths tag octobris zu ainer löblichen Steierischen landschafft auf interesse hinterlegt und depositiert worden, sambt den hiervon jährlich fallenden interessen, zu dem ende sich das besagten herrn pater rector, disem auf 6.000 f. lautenden landschafft schuldbrief, sambt ainer ordentlichen cession dato des anderten april 1646. in welcher ich dises capitals und interesse donation weilaüfig und ausführlicher specificire und meldung thue, hiemit eingehendiget haben will. Alle dise obspecificirte capitalia und interesse nun consignire und ubergive ich, ohne ainigen reservat und in bester formb rechtens, auch ganz frei ungezwungen, aus aigner andacht in perpetuum dickermelter Societet Jesu, incorporier und vereinige auch solche alle und iede dem erholten Collegio zu St. Veit am Pflaumb, also und dergestalt, daß solches, ohne menigliches verhinderung oder anffrachen. Allein hierüber daß dominium proprietatis possess und verwaltung haben sollen, mit disem austruckenlichen hienzuesaz, daß offterholte Societet nach ihrem löblichen gebrauch, statuten und sazungen vorbesagte capitalia und hiervon verfallene interesse, zwar aber iedoch nit zu aignen nuzen possidire, sondern hiervon two oder mehr der societet persohnen, welche daß anfangs gedachte seminarium verwalten, wie auch die alumnos, nach ertragnuß und proportion des einkommens, mit notwendiger speiß, tranckh, klaidern und allen andern des laibs notwendigkeiten. Zugleichen auch die dienstpotten, souil man derselbigen nottürftig, nit weniger die sarta tecta medicinas, und was sonst zu erhaltung des seminari von neten ist, sustentirn, und also aller nutz und ertragnuss von obberürten capitalien und interesse plene et integre, allein in die alumnos et seminarium und dessen zuegehörungen, und in wenigsten nicht in das colegium ad sibirt oder verwendet werden sollen. Dero halben, alles und iedes obvermeltes, was ich der löblichen Societet Jesu in capitali und interesse zu erbauung und erhaltung anfangs gesezten Seminari Fluminensis geschenckht, ubergibe ich dasselb hiemit nachmals ganz völlig, und also zwar, das sie (wie obverstanden) allein, ohne consens, mitwissen, inspection oder der alumnorum præsentation aller meiner erben, oder wer sonst anen zuespruch hierzu zuhaben ver-

mainte, besagtes seminarium und dessen so wol ligundt als fahrunde güetter zu admistrirn, die jugendt zu regirn, zukhlaiden, aufzunemmen, und nach gestalt der sachen widerumben zuentlassen. Allen völligen gewalt und macht haben und wagen, auch alle die ienige so dise mein fundation ins khünftig genüesses, mich als fundatricem und das loblche Thanhausische haus in ihrn täglichen gebett und geistlichen übungen bes-tes weiß bevolchen sein lassen sollen. Ingleichen, und wofern die offterholte loblche societet über khurz oder lang etwo ainer mehrern verbriefen fundation, als alhie ausgeführt, oder die geschribne kaiserlichen und landrechten erfordern möchten, bedürfftig sein wurde, wil ich dero solche hiemit ebenmössig ertheillt, das also alle villeicht abgangige requisita, supplirt und erstattet haben. Auf das nun schließlichen dises, was obstehet in allen puncten und clausulis sein vollständige crafft, würkhung, und immer-wehrende observanz erraiche und behalte, hat sich hingegen herr pater rector Fluminensis mit vorwissen und guethaissen seines vorgesetzten reverendo pater provincialis in Osterreich für sich und seine successores hiemit verobligiert, zuegesagt und versprochen. Alles das ienige so frein und in diesem stifttbrief begriffen, stätt, vesst, und unzerbrüchlich zuhalten, und sovil an seiner und aines ihme undergebenden regentis dependierenten execution dar: und hergab erwinden und beruhen thuet. Auf das beste und vleisigiste zuvolziechen, auch continuirlich in seinem werth und würden zuerhalten. Zur urkhund unnd ewiger versicherung dessen, habe ich anfangs gemele Ursula gräfin von Thanhausen wittib disem stifttbrieff mit meiner aignen handschrifft und aedelich angebornen wappen, pettschatt verfertiget und becröfftiget.

Actum Grätz den anderten April nach Christi unseres lieben herrn und seligmachers geburt im sechzenhundert sechs und vierzigisten Jahr

Ursula gräfin von

Tonhausen wittib

### Verso

Stiftt und fundation brieff frawen Ursülæ Thanhausen, gebornen frein von Hollenegg wittib

über das seminarium S. Ignati zu St. Veith am Pflaumb

Datiert 2 Aprili 1646